Digitized by Google

10
2-c
29

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
5 B
17

29

VIII.4.13
E.1.

FRAGMENTA QVÆDAM CAROLI MAGNI IMP. ROM. ALIORUMQ́; incerti nominis de veteris Eccleſiæ ritibus ac ceremonijs, à VVolfgango Lazio Cæſ. Hiſtorico eruta à tineis.

Adiectum eſt perelegans opus Rabani Mauri Archiepiſcopi Moguntini, de virtutibus, vitijs ac ceremonijs eiuſdem antiquæ Eccleſiæ, ab eodem repertum.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ANTVERPIAE
Apud Ioannem Bellerum, ſub inſigni Falconis. 1560.

EXEMPLVM

PRIVILEGII.

FErdinandus diuina fa-uente clementia, ele-ctus Romanorum Im-perator ſemper Augu-ſtus, ac Germaniȩ, Hungariȩ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauo-niæ, &c. Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriȩ, Dux Burgũdiæ &c. Marchio Morauiæ, Comes Tyrolis &c. Recognoſcimus & notum facimus tenore prȩſentiũ vniuerſis, quod cùm honorabilis, doctus, fidelis, nobis dilectus VVolfgangus Lazius Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor, noſter conſiliarius & Hiſtoricus, nobis humillimè oſtenderit, ſe iam inde à primis annis, multis ſuſceptis peregrinatio-

nibus, omnem curam & ſtudium collocaſſe in euulgandis pijs ac vetuſtis autoribus, atque ijs à ſitu & iniuria temporum vindicandis, vt catholicæ religioni & hiſtorijs ſua fides & veritas conſtaret. Inter cætera verò, quæ in perluſtratione Bibliothecarum à tineis in lucem eruit, reperiſse opuſculũ Diui quondam Caroli Magni Romanorum Imperatoris auguſtę memorię predeceſſoris noſtri de Sacrificio Miſſæ, & alijs pijs Eccleſiæ ritibus ab ipſo exaratum, vna cum Rabani Mauri Archiepiſcopi olim Moguntini fragmentis. Item antiquos aliquot Poëtas, Hiſtoricos & Panegyricos, à quibus res ſacræ carmine redditæ, puta Euodium Ticinenſem, Bernonem, Hermoldum, Hugonem & alios. Quos quidem

authores ad publicā ſtudioſorum hominum vtilitatē, vna cū epitome poſtremarū Decadum rerum Auſtriacarum & rerum Gręcarum commentarijs denuò & emendatius imprimendis in lucem ædere conſtituerit,dummodo eidem firmiſsimo noſtro priuilegio aduerſus æmulorum fraudes & dolos, qui forte ipſum vel typographum ſiniſtris artibus,aut machinatione aliqua debito fructu ac emolumento fraudare contenderent,cautum & proſpectum ſit. Nos idcirco,qui eius ſummam diligentiam & ſolicitudinem iamdudum ſatis cognitam atque perſpectam habuimus,ac benigne ſemper non modo probauimus, verumetiam clementi noſtro patrocinio tuendam & promouendam
 duximus,

duximus, in hoc quoque honeſtiſsimo illius inſtituto, noluimus illi fauorem & auxilium noſtrum deeſſe. Itaque ſcienter atque animo bene deliberato, & ex Cæſarea authoritate diſertè vetamus ac interdicimus omnibus ijs, qui per ſacrum Romanum Imperium ac regna, dominiaq́ue noſtra hęreditaria, vel imprimendis vel vendendis libris, ſeu quacunque alia ratione librariam negociationem exercent, ne quis eorum præmemorata omnia opera, poſtquam eiuſdem Conſiliarij & Hiſtorici noſtri doctoris VVolfgangi Lazij ſtudio in lucem prodierint, per decennium ab ædi tionis abſolutæ die numerandum, intra Sacri Romani Imperij, & om nium regnorum ac prouinciarum

no-

noſtrarum fines, eodem vel alio charactere recudere, aut vbicunque recudenda dare, alióue imimpreſſa adducere, vendere vel diſtrahere palam vel occultè auſit. Quiſquis verò aliter fecerit, & interdictum hoc noſtrum neglexerit, is debebit, non ſolùm eiuſmodi libris impreſsis, (quos nimirum præfatus VVolfgangus Lazius vel eius hæredes aut mandatum ab eo habentes, auxilio ma giſtratus eius loci, aut ſua quoq; au thoritate apprehendere, & ſibi ven dicare poterunt) priuari, verumetiam inſuper decem marchis auri puri fiſco noſtro Imperiali fraudis vindici & dicto Doctori VVolfgango, eiuſúe hęredibus ex æquo ſoluendis & numerandis mulctari, dummodo tamen ante fatus

VVolſgágus vel typographus ipſe ex ſingulis æditionibus aliquot exemplaria, quamprimum ſuis ſumptibus, vt moris eſt ad Imperia lem Cancellariam noſtram Latinam tranſmittat. Proinde manda mus vniuerſis ac ſingulis noſtris, & Sacri Romani Imperij ſubditis fidelibus, dilectis, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus cuiuſcunq; gradus, ordinis, conditionis & dignitatis extiterint, pręſertim verò ijs qui in magiſtratu conſtituti ſunt, vel ſuperiorum ſuorum, vel ſuo ipſius nomine ac loco iuris & iuſtitię adminiſtrationem exercet, ne quenquam hoc priuilegium ſeu interdictum noſtrum impunè violare, ſpernere vel negligere patiantur, ſed ſi quos contumaces compererint præſcripta pœna plecti, & quibuſ-

buſcunq; recte fieri poteſt modis coërceri curent: quatenus & grauiſſimam indignationem noſtram ac eandem mulctam incurrere noluerint. Quod enim hæc rata & firma ſint, hiſce literis noſtris teſtatum eſſe voluimus. Quas dedimus manus noſtræ ſubſcriptione, & ſigilli noſtri appenſione roboratas in noſtra ciuitate Vienna die primo menſis Ianuarij. Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo, Regnorum noſtrorum Romani vigeſimo nono, aliorum verò triceſimo quarto.

FERDINANDVS,

Vice ac nomine Reuerend. D. Archicancellarij Moguntini. &c.

M. Singkhmoſer.

IN

FRAGMENTA CAROLI MAGNI IMPERATORIS ET RABANI

Mauri Archiepiſcopi Moguntini à Doctiſſ. viro VVolfgango Lazio Vienn. Cæſ. Hiſtorico reperta, Carmen Chriſtophori Tanneri Canonici Eccleſiæ Vien.

Abſtulit ante diē ô mors truculenta Pipinum,
Qui rexit valida Gallica ſceptra manu.
Carolus & patrios cœpit poſt funera faſces,
Magnus qui meritis & pietate fuit.
Hoc vnum ſtuduit, ſolam ſub pectore curam
Voluit, & euoluit, nocte dieq́ vigil.
Errantes vt oues Chriſti aſſociaret ouili,
Impleretq́ ſacra climata cuncta fide.
Et bene res cecidit, vitæ ſator æquus amori
Conſuluit, votis annuit ipſe pijs.
Fortia latiuagum circumtulit arma per orbem,
Subdidit & ſceptris barbara regna ſuis.
Nam Deſiderij compos, fœliciter hoſtem
Expulit Auſonio Marte fauente ſolo.

Contudit

Contudit inuictos bellaces Saxones armis,
Cædis adhuc meminit conſcius Heſa trucis.
Moxq́; Saracenos ad littora fudit Iberi
Bætis in Heſperia qua dominatur humo.
Indomitos duris affecit cladibus Hunnos,
Et Chriſti iuſsit ferre ſuaue iugum.
Parrhaſium æratis onerauit nauibus æquor,
Occiduum impleuit claſſe domante ſalum.
Non illum anguſtis tenuerunt callibus Alpes.
Strauerant facilem flumina larga viam.
Qui decus Imperij Germanis addidit, atq;
Auguſtus noſtro primus in orbe fuit.
Cæſare non fuit hoc pietatis amantior alter,
Non habuit quenq́; Marte vel arte parem.
Nouerat aſtrigeri miranda volumina cæli,
Qualeq́; cum Phœbo Cynthia fœdus habet.
Caſtalio lingua quam lauerat amne diſertus,
Fundebat Latios, Argolicoſq́; ſonos.
Rebus vt à ſacris conceſſa fuêre peractis
Otia, non ſomno languida membra dedit.
Pectore ſed meditans ſummi reſponſa Tonantis,
Continet & quicquid pagina ſacra, pio.
Perpendit tacitus, veteris cur ceſſerit vſus
Ac fuerit legis myſtica cauſa nouæ.
Diuerſi cur ſint mores, rit uſq́; litandi
Ipſe Deus poſtquam victima ſumma fuit.

Quam

Quam fuerint populo quos mõte bicorniger olim
Tradidit acceptos præcipiente Deo.
Quid ſignet varijs Eccleſia geſtibus, & quid
Flamen dum peragit, norma ſacrata velit.
Sub ferula cuius monitus pugnarat amicis
Albini hæc pulſus ſcita reſponſa dedit.
Quæ ſuppreſſa ſitu, telis obduxit Arachne,
Hactenus ad ſummum delituêre diem.
Eripuit tenebris, clarumq; reduxit ad ortum
Inſignis cultor Latius Hiſtoriæ.
Quæ cum percurres ſincero pectore lector,
Et Rabani mixtis dulcia mella fauis.
Collige quæ pietas fuerit qui terruit orbem
Illius, & preßit regna ſuperba iugo.
Illius & ſtudium ſacra qui reuocauit ab Orco
Scripta per æternos non moritura rogos.

Chriſtophorus Thannerus.

AD

AD REVEREN-DISS. IN CHRISTO PATREM AC D. D. ANTHONIVM à Muglitio ſanctæ Viennenſis Eccleſiæ in Auſtria Epiſcopum deſignatum Mecœnatem ſuum obſeruandiſs. pręfatio Vvolfgangi Lazij Vien. Cæſarei Conſil.& Hiſtorici.

FErunt Lycurgum Laconum celebrem illum Legiſlatorem, Reuerendiſſime Præſul, Domine & Mecœnas obſeruandiſſ. percontanti alicui cur minutis & vilibus rebus inſtituiſſet ſacrificia, reſpondiſſe, nunquam deficere homines, quo recte numen honorent. Præclara me hercule vox, & non ſolum Ethnico, ſed Chriſtiano etiam digniſſima, quæ docet religionis quidem exceſſu minus delinqui quam defectu. Quo magis ſi ea, vel contemnatur, vel peruertatur aut etiam omnino explodatur, vt hodie prôh dolor videre paſſim eſt, admirari cum Ageſilao Græcorũ duce ſtrenuiſſimo licebit;

non

non eos magis ſacrilegorum numero haberi, qui religionem imminuũt & templa expilant, quam qui ſupplices ac per deos obteſtantes violant. Quantò enim, quod in Deum admittitur crimen maius eſt, quàm quod in hominem deſignatur, tantò magis deteſtandi illi quidem mihi videntur, qui perfricta fronte, ſacra paßim contemnunt, & impuris labijs contaminant, quorũ nec rationes tamen nec exordia nouerunt, quæ vel deprauata paganis etiã ex illa innata nobis immortalia colendi ſcintilla ſuſpicienda ſemper fuere, & neglecta vel ſpreta penas maximas mortalibus excitauêre. Iam primum omnium Calydoniam nobiliß. Ætoliæ prouinciam Poëtæ finxerunt, apro infeſtatam quod Oeneus rex illius Dianæ decimas non perſoluiſſet. Sic Lycurgus Thraciæ rex traditur, cùm in Bacchi contemptũ vites ſuccinderet, ſibi crura præſeciuiſſe. Pentheus ſacra Bacchi contemnens à matre Agaue materteraque Autonoe pro apro laceratur. Tantalus quod Pelopen filium Dijs comedendum appoſuiſſet, cruciari hac pœna apud Inferos dicitur, quæ & maxima eſt, & cuius omnis prope Ethnica vetuſtas meminit. Lycaon denique in lupum nullam aliam ob cauſam conuerſus Poëtis fingitur, quam quod obſidem Moloſſum Ioui ad epulas appoſuiſſet. Quæ ſi fabuloſa cuiquam videban-

Hiſtoriæ fabuloſæ de contemptoribus ſacrorum.

videbantur,ad hiſtorica tranſeamus,nonne tum Hieroboã Iadam propheta à ſacrificio arceret, minus obtẽperanti manus aruit? Dauida quoq; quod contra Dei præceptum, populũ numeraſſet à Palæſtinis ceſum,ac Hieroſolymam obſeſſam, captiuã quoque totam gentẽ Iudæorũ abductam ob ſolum numinis diuini contemptum in tranſmigratione Babylonica ſacra nobis Biblia oſtendunt.Adde quæ de Xerxis regis Perſarum tot myriadibus ab exili & contempta manu Græcorũ turpiter profligatis,ob violatũ Iouis tẽplum Græcorum hiſtoriæ.De Potitiorum domo penitus ſublata,quod ſacra Herculis ad ſeruos tranſtuliſſent,de Fabijs ccc. vno die interfectis, quod ſacra quædã gẽtilitia neglexiſſent, deque Appio Claudio excæcato,quod Libertinorum vſu ſacra Herculis imminuiſſe viſus ſit.Et de altero Claudio pulchro cognomento , qui naufragium fecerat , quod pullos per contemptum merſiſſet , & mille denique alijs,Romani hiſtorici literis animaduerterunt.Quibus libenter ſubijcerem deſoſolationes nõ ſolũ in regnis,ſed in proſapijs principum,etiam proſapiarũ,noſtro tempore factam, religione vel excisa vel corrupta,niſi odioſa illorum nomina ſcirẽ.Carrarios ſane Annales ſcribunt in Italia defeciſſe, quod clynodijs ſacris manus adhibuiſſent. Quocirca mihi non pro-

Hiſtoriæ ſacræ de contemptoribus ſacro.

Hiſtoriæ Græcæ de violatoribus ſacro.

Hiſtoriæ Romanæ de contemptoribus ſacrorum.

Hiſtoriæ noſtri temporis de ſacrorum violatoribus.

probantur huius infelicis ſeculi aliquot homines, qui ceremoniarum ac rituum ſanctorum profligatione, religionem ſimul omnem exhaurire mihi, é que hominum animis expungere videntur. Quam tamen (ſi dijs placet) vel maxime ſartam tectam volunt. Etſi autem longe alij ritus Ethnicorum fuerint, ab inſtituto Chriſtiano omnino alieni, ac homini Chriſtiano deteſtandi, mentis tamen erga ſacra eleuationem ex venerabundo corde profectam, nemo non bonus lauda rit, ac tantò magis laudatam optimus quiſque amplectetur, quantò circa nobilius ſubiectum no ſtra vera religio, quam illorum infernalis ſuper ſtitio verſatur, & ad finem certum longeq; ſaluberrimū tendat. Priamum apud Homerum Iup piter commendat propter crebra ſacrificia. Et Mercurius ad Priamum locutus Hectoris cada uer duodecim diebus non computruiſſe, neque ab auibus appetitum fuiſſe teſtatur, quod Deos reli gioſiſſime coluiſſet. Cyrum præterea Perſarum gentem, & Numam Pompilium Romanum populum ad id faſtigij, quod in omnium maxima & diutiſſime duratura Monarchia cernitur, euexiſſe ſolo diuino cultu, omnes vno ceu ore hiſtoriarum ſcriptores conſentiunt. Multo quidem illi thure. & cruentis victimis pretioſiſſimiſque quibuſq; idolis ac dæmonibus immolabant, omnis

expertes

expertes præmij, & nulla de conditione meliori poſt mortẽ, animorumq́; immortalitate promiſſa habentes. Nos de Saluatore vnico, & de ſalute per illum relata certos cur pudebit? interni affectus ſignificationem aliquam ederem, ac cum tot ſanctiſsimorũ, antiquiſsimorumq́; non ſolum Conciliorum, ſed Apoſtolorum etiã, atq; patrum primitiuæ Eccleſiæ autoritate, immaculatã victimam in cœnæ dominicæ cõmemoratione à Sacerdote pro ſalute populi, & Eccleſiæ incolumitate oblatam venerari atque adorare. De qua Canones Apoſtolorũ antiquiſsimi expreſſe meminerũt. *Apoſtolorũ canones de ſacrificio Miſſæ.* εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερα τινὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἢ μέλι ἢ γαλὰ ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτήδευτα ἢ ὄρνεις ἢ ζῶα τίνα, ἢ ὄσπρια ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν καθαιρείσθω. πλὴν νεωνχύδρων ἢ σταφυλῆς τῷ δέοντι μὴ ὄζον ἢ ἔσω προσάγεσθαι. τὶ ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον. ἢ ἔλαιον εἰς λυχνίαν καὶ θυμιάμα καιρῷ τῆς προσφορᾶς, *id eſt, Quæ Haloãder ſic conuertit: Si Epiſcopus aut Presbyter præter ordinationẽ Domini quam de ſacrificio inſtituit, alia quæpiã puta mel aut lac, aut pro vino ſicerã, aut confecta quædã, aut aues, aut animalia, aut legumina ſuper altare obtulerit. Vt qui cõtra ordinationẽ Domini faciat, deponitor: excepto nouo frumẽto, & vua oportuno tẽpore. Præterea licitum nõ eſto quidpiã admouere ad altare, quã oleum in*

B cande-

candelabrũ & incenſum oblationis tempore. Et rurſus in alio Canone εἴ τις Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ προσφορᾶς γενομένης μὴ καταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγει ἀφοριζέσθω ὡς αἴτιας βλάβης γινόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιησὰς κατὰ τοῦ προσενέγκαντος,
Quorum ex tranſlatione Haloandri eſt exitus: Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut diaconus, vel quilibet ex Sacerdotali catalogo facta oblatione non communicarit, aut cauſam dicat, vt ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur, aut ſi non duxerit, communiõe priuetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpitionem de eo qui ſacrificauit, quod rectè non obtulerit. Et ne quis conuitiari Canones illos ab Apoſtolis conceptos poſſit, qui & antiquiſſimi ſunt & Græcis literis in membranis conſcripti, & à primitiuæ Eccleſiæ authoribus paſſim citati, Conſtat myſterij illius (quod Græci ἄγαπιν σηναξην, *&* προσφορην, *Latini homines ex Hebraica veritate iuge ſacrificium, ſacrificium laudis, oblationem, diſpenſationem myſteriorum, nos denique poſteritas Eccleſiæ veteris Hebraicam ſecuta vocem Miſſam appellamus, & Beatum Petrum & Paulum meminiſſe, quorum ille in Epiſtola: Sacerdotium, inquit, ſanctum,*

Locus S. Petri de ſacri ſicio Miſſæ.

ſanctum, vt offeramus hoſtias ſpirituales, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Hic verò in Epiſtola ad Hebræos cap. xiij. figuram illius myſterij in veteri teſtamento demonſtrans. Quorum enim animalium offertur ſanguis pro peccato in ſancto per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. exeamus igitur ad eam extra caſtra, improperium eius portantes, non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Per ipſam ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo. Locus S. Pauli de ſacrificio Miſſæ.

Quod verò non de alio myſterio ſiue oblatione, accipienda hæc Apoſtolorum verba ſint, quam hodie Miſſam Hebraica corrupta voce dicunt, patres Eccleſiæ primæ, quorum ſanctitati & tempori quo vixerunt, genuina meritò ac vera interpretatio tribuenda eſt, conteſtantur. Ex his Beatus Alexander martyr Chriſti, & Romanus Epiſcopus à Sancto Petro quintus, in Epiſtola quadam ad Fratres hæc nominatim verba ſcribit: In ſacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, & vt eius cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio celebretur, ita Locus ex S. Alexandro

vt repulſis opinionibus ſuperſtitionũ, panis tantum & vinum aqua permixtum in ſacrificio offerãtur. Non debet autem vt à Patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri. Sed vtrũq; per mixtũ, quia vtrumq; ex latere eius in paſſiõe ſua profluxiſſe legitur. Ipſa verò nos inſtituit, calicẽ & panẽ in ſacramento offerri, quando ait: Accepit Ieſus panem & benedixit, deditq́; diſcipulis ſuis dicẽs, Accipite & bibite ex hoc oẽs, quia hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis fundetur & in remiſſionem peccatorũ. Crimina autem atq; peccata oblatis his Domino ſacrificijs debentur. Idcirco & paſſio eius in his commemoranda eſt, qua redempti ſumus, & ſæpius recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hoſtijs delectabitur atque placabitur Deus, & peccata dimittet ingentia. Huic adſtipulatur S. Irenæus Polycarpi diſcipulus, quem à Beato Iohãne fuiſſe edoctum nouimus lib. 4. contra Hæreſes, cap. 32. Eum qui ex natura panis eſt (inquit) accepit, & gratias egit dicens, hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouã docuit oblationem. Quã Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo. De quo in duodecim Prophetis Malachias

S. Irenæi authoritas de Miſſa.

lachias ſic præſignauit. Ab occaſu ſolis vſque ad ortum nomē meū glorificatur inter gētes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & ſacrificium purum. Nec immeritò Irenæus de hoc myſterio tam myſtica prodidit, propter cuius reuerentiam, & quo immaculatis manib. tractetur Euangeliſta Marcus, vt de ipſo S. Hieronymus ſcriptum reliquit, quantumuis ſanctus pollicē ſibi præſciderit, vt ineptus ad tam tremendū ſacrificium redderetur, quod de militibus Romanis ſimiliter, vt militiæ inepti redderentur hiſtorici animaduertêre. Id quod dignitatem ſacrificij vel imprimis teſtatur. Nō diuerſum ab Irenæo, qui illum ſecutus eſt Diuus Epiphanius tradit Cypriorum ſanctus primis temporibus Epiſcopus, contra Aërij hereſin diſputans: In his ait qui vita functi ſunt ex nomine memorias faciūt Catholici, orationes ad Deum proferentes, & myſteriorum diſpenſationes (& addit) hi qui diſceſſerunt ex hac luce viuunt, nō ſunt nulli, ſed ſunt & viuunt apud Deum. Eſt autem ſpes quoq; orātibus pro fratribus veluti qui in peregrinatione ſunt, proſunt autem & preces pro ipſis fientes etſi totam culpam non abſcindant. Epiphanium ſequitur Tertullianus qui & ipſe Polycarpi ſæculo ſcripſit in Eccleſia, & in libro de corona militis Miſſam his verbis deſcribit. Euchariſtiæ

S. Epiphanij locus de ſacrificio Miſſæ.

Tertulliani autoritas de ſacrificio Miſſæ.

ſacramentum (inquit) & in tẽpore victus, & omnibus mandatũ, & à Domino etiã antelucanis cœtib. nec de aliorũ manu quã præſentiũ ſumimus oblationes pro defunctis, & natalitijs annua die facimus. Cuius diſcipulus Beatus Cyprianus martyr manifeſtius paulò rationes myſterij illius depingit in ſermone de operib. fidei carnalibus, cũ de cœna Domini diſſerit. Sed & propter malignantium inſolentiam, ait, altare ſuũ Deus repellit, & ſanctificationibus maledicit, odit Sabbatha, abominatur ſolemnia, odoramẽta fœtent, diſplicent holocauſta. In his omnibus laborare ſe dicit, nec eſſe voluntatẽ ſuã in miniſtris impuris indignatione deſtructa teſtatur. Sed Hierarcha pius, quem ſpiritus ſanctus cõpungit, excitat, inhabitat, & ſanctificat, eleuatione manuũ crucis myſterium repræſentans, cõfidenter orat pro ſua & populi ignorantia, recolens pudibundi & contriti animi cõfeſſione, qui aliquando præualente aduerſum ſe peccato fuerat derelictus. Et iterũ lib. 2. Epiſtolarum. 3. cum ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech explicat, ſubdit. Qui ordo vtiq; eſt ab illo ſacrificio veniens, & inde deſcendẽs, quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nec abludit ab hac interpretatione Beatus Athanaſius, ille aduerſus Arrianos Ecclesiæ

Locus S. Cypriani de ſacrificio Miſſæ.

S. Athanaſij autoritas de Miſſa.

cleſiæ ſolidiſſimus clypeus, quo tempore Romani primum Imp. de Chriſto ſalubrem doctrinam admiſerant: In æternum (ait) Chriſti eſt ſacerdotiũ, quia quotidie offertur per miniſtros Dei oblatio Chriſtum & Pontificẽ habens, & ſacrificium. Huc referenda eſt & Diui Ambroſij de eodem ſacrificio & autoritas & interpretatio. In Chriſto (inquit) ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutẽ æternam potens. Quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus? ſed ad recordationẽ mortis eius, & vna hoſtia eſt, non multæ. Quomodo vna & non multæ? quia ſemel oblatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium exemplum eſt illius, idipſum ſemper ad ipſum. Proin hoc ſacrificium, alioquin quoniam in multis locis offerimus, multi ſunt Chriſti? nequaquã, ſed vnus eſt vbiq; Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenius. Sicut enim quod vbique offertur vnum corpus & non multa corpora, ita & vnum ſacrificium. Pontifex autem ille eſt, qui hoſtiam obtulit nos mundantem, nos ipſam offerimus & nunc. & quæ tunc oblata eſt, conſumi non poteſt. Quod nos facimus in commemorationem fit eius quod factum eſt. Et iterum: Cùm ſacrificium Melchiſedech enarrat: Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Chriſtus offertur quaſi recipiens paſſionem, & offert ſeipſum quaſi Sacerdos.

S. Ambroſij loca de Miſſa.

 Quid

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quid per Deum immortalem clarius atque illuſtrius dici potuit, quo vel rudis alioquin animus doceri de Miſſæ præſtantia atque vetuſtate poteſt, ita affabrè omnes non ſolum ritus depingit, ſed oblationem etiam in vſu tum fuiſſe oſtēdit, quam tātopere Miſſæ maſtiges arrodunt, & hac Chriſti meritis iniuriam fieri falſo criminantur.

S. Auguſtini authoritas de ſacrificio Miſſæ.

Huc pertinent quæ Diuus Aurelius Auguſtinus libro ſecundo de octo quæſtionib. ad Dulcitiū ſcribit, neque negādum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel Eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Et rurſus contra aduerſarios legis lib. j. cap. xx. Nouerunt qui legunt quid protulerit Melchiſedech, quando benedixit Abraham, etſi iam ſunt participes eius, vident tale ſacrificium offerri Deo toto orbe terrarum. Et in libro ſententiarum Proſperi, hoc eſt quod dicimus, qui modis omnibus approbare contēdimus, ſacrificium Eccleſiæ, duobus confici, duobus conſtare, inſenſibili elemētorum ſpecie & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine & re ſacramenti, id eſt, corpore Chriſti. Adde quæ Beatus Hieronymus ſuper Sophoniam prophetā ſcribit

S. Hieronymi locus de ſacrificio miſſæ.

S. Auguſt. Archadio & Honorio Imp. Synchronus, Sacerdotes (inquit) qui Euchariſtiæ ſeruiunt, & ſanguinem Domini populis diuidunt,

impie

impiè agunt in lege Domini, putantes Euchari ſtiam imprecantes facere verba non vitã, & neceſſariam eſſe tãtum ſolẽnem orationem, & non ſacerdotum merita. Et ſacerdos in quocunq; fuerit macula, non accedat oblationes facere Domino. Hæc ille. A quo non diſsimilis eſt & Damaſceni Græci Theologi authoritas in quodam ſermone (quòd miror non animaduertiſſe Oecolampadium interpretem, inſignem huius myſterij hoſtem.) Apoſtoli (ſcribit) atq; diſcipuli Saluatoris qui totum mundi circulũ cæpere viuũ prædicando verbum, quod ſuis oculis viderant, in tremendis vitalibusq; ſacramentis, memoriam eorũ qui fideliter obdormierãt habendam edixerunt. Suffragatur tot ac tantis teſtibus primitiuæ Eccleſiæ Beatus Chryſoſtomus, cum ſacrificium Melchiſedech interpretatur. Nõne per ſingulos dies offerimus, offerimus quidem, ſed recordationem facientes mortis eius. Et vna eſt hæc hoſtia non multæ. Et quia ſemel oblata eſt illa, oblata eſt in ſancta ſanctorum, hoc autẽ ſacrificium exemplum eſt illius, idipſum ſemper offerimus nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, ſed ſemper idipſum. Quæ me hercule omnia nõ ſolum luculenter & authoritatẽ & vetuſtatem Miſſæ myſterij teſtantur, ſed omnibus inſuper his obiectis reſpondent, quæ Schiſmatici vt hoc iuge ſacrificium

Authoritas Damaſceni de Miſſa.

Locus Chryſoſtomi de ſacrificio Miſſæ.

crificium ex Danielis vaticinio explodāt, obtrudūt atq; exaggerāt. Longū eſſet plura teſtimonia adferre, & extra inſtitutū, quia hiſtorica, & nō Theologica tractamus. Neq; hanc hic expreſſe quæſtionē diſcutiendā ſumpſimus, ſed vt fragmētis Carolinis atq; cæteris ſua dignitas cōfirmetur aduerſus illos, qui nos dubio procul ſuggillaturi ſunt, exſpaciati in campo dulciſſimæ lectionis ſumus. Quam digreſſionem duorum approbatorum ac vetuſtorum Conciliorum decretis concludere placet, vt intelligant boni & omnes pij nos rem ſacram, & non abominandam (vt illi iniquiſſimè blaſphemant, fornicationes & adulteria tam ſacro myſterio præferentes) defendendā ſuſcepiſſe. Habet autē Laodicenſe concilium, quod mox Nicænum ſynodum eſt conſecutum, nominatim canonem his verbis expreſſum: Non oportet in domibus oblationes celebrare ab Epiſcopis vel Presbyteris. Addit Carthaginēſis ſynodus ſub Archadio & Honorio Imp. ante plura quam decem ſæcula habita: Aurelius Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris, & Coëpiſcopi noſtri Fortunati. Quid ad hæc dicitis, ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, Chriſma cōfectio, & puellarum conſecratio à Presbyteris non fiat, vel reconciliare aliquē in publica Miſſa non licere. Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſ

Autboritas Concilij Laodicenſis de Miſſa.

Autoritas Cōcilij Carthaginenſis

quam

quā in periculo fuerit cōſtitutus, & ſe recōciliari diuinis altarib. petierit, ſi Epiſcopus abſens fuerit, debebit vtiq; Presbyter cōſulere Epiſcopum, & ſic periclitantē eius præcepto reconciliari. Sed lōgius quā exiſtimabā noſtra progreſſa eſt oratio. Itaque miſsis Abdiæ Babylonij, Teleſphori, Marcelli, Iulij, aliorumq; initiantis Eccleſiæ patrum teſtimonijs, ac ipſa etiā Caroli cognomento Magni Imperatoris ſancti (cuius hic de eodē myſterio in antiquiſs. mēbrana literis vetuſtiſs. deſcripta, & à nobis reperta fragmenta damus) autoritate, cum haud contēnendo verſu Bernonis Abbatis diuitis Augiæ ad Aribonē Moguntinum præſulē S. Henrico Imperante in eadē materia, ſcripto ſi Trithemio credimus, ad tuā Celſitudinē tandē Reuerendiſs. Antiſtes noſtra conuertetur oratio, nō vt illā dignis hæc laudibus celebrare queat, quæ ingenij vires omnes excedūt, ſed vt aliquā cōſecrationis huius noſtræ requirētibus rationē reddat. Eā verò duplicē accipe, vt duplicē in hiſce fragmētis materiā vides, religionem ac omnifariam honeſt. diſciplinarum cognitionem, quibus vt Albuinus quondam Caroli Magni præceptor, & ad quem is fragmentum illud conſcripſit, & qui primus ex Anglia literas bonas trāſuexit in Germaniā, eiuſq; diſcipulus alter Rabanus Maurus ex Abbate Fuldēſi

Cauſæ dedicationis.

Rabani opuſculum.

Archiepiſcopus Moguntinus (cuius hic quoque alterum de virtutibus ac vitijs ad Ludouicum Pium Caroli Magni filium deſcriptum opuſculum ſubiecimus) omnes non ſolùm ſui ſeculi doctiſs. quoſque præfulgebant, ita in te præſul Doctiſ. noſtra hæc ætas ornamentum cernit vtrumque, qui cum Albuino pietate & omnifaria ſcientia honeſtarum diſciplinarum rectè comparari queas. Rabanum inſuper illum maximum & incõparabilem poëtam, verſu & ſplendido & facili referas: reliquos verò tui ordinis, pietate, religione, diligentia & obſeruantia rerum neceſſariarum, & quæ in hac ſpecula, in qua Celſitudo tua conſtituta eſt, cõmendantur candor, & melior Scripturarum intellectus, & ſecundum intellectum exempla, facilè ſuperes omnes. Itaq; vt ingenuè fatear, hæſitabã aliquandiu, dum cogitationes tua Celſitudine dignas meditabar, quibus & expectationem apud illã ſuſtinerem, ac meæ obſeruantiæ pignus offerrem. Neque enim nihil eſt, quod Diogenes ille Cynicus dixiſſe fertur, cum aliquando in templo cœnanti, ſordidi panes appoſiti fuiſſent, in templum nihil ſordidi ingredi debere. Sumus autem templa, vt Scriptura ſacra docet, & hi imprimis illarum imaginem repræſentare mihi videntur, qui ad populum præcones verbi diuini ſunt, & in lege domini plebem

Laus Epiſcopi Vienn.

commiſ-

commiſſam fideliter ac ſedulò inſtituunt, quam tuæ Celſitudini laudem res ipſa cõtribuit, vt qui Saluatoris noſtri præco impiger exiſtens, literas ſimul, earũq; alũnos vnicè cõplectaris, & foueas: illorũ nimirum ſecutus veſtigia, qui primis ac ſenioribus temporibus in cœnobijs ſcholas publicas cõſtituere voluerunt, quibus nõ ſolum in theologicis, verũetiam in humanioribus iuuentus erudiretur, qualẽ Rabanum Maurum quem hic damus primum ferè ac præcipuum extitiſſe in Germania, Trithemius in hæc verba teſtatur. Tenuerat enim ipſe Rabanus adhuc Monachus ſcholã monachorum publicam in cœnobio Fuldenſi, quã etiam Abbas continuauit, in quo monachos non ſolũ in ſacris ſcripturis, ſed etiam in ſecularibus literis omnifariã erudiuit, nec ſolum Fuldenſis cœnobij monachos, ſed etiam ex diuerſis locis alijs ad ſe tranſmiſſos, multos in omni genere doctrinæ diſcipulos inſtituit. Ex his cõplures poſtea ſucceſſu temporis ad magnas dignitates promoti ſunt. Præceptorem habuerat ex diſcipulis Bedæ Anglici Monachi, Reuerendiſſ. virum Albinum Monachum, & abbatẽ monaſterij S. Martini Turonenſis, magni Caroli Imperatoris quondã didaſcalũ, à quo ipſa hauſerat in Gallia, quod alios in Germania poſtmodũ docebat. Et iterum: Mos erat in præfato Fuldenſi cœnobio his temporibus

Locus Trithemij de Rabano Mauro.

Scholæ publicæ in monaſterijs.

poribus monachos non ſolum in Scripturis ſacris inſtituere, ſed etiam in omni ſecularis ſcientiæ literatura ad plenum erudire, probè enim iudicabant ſapientiſſimi viri diuinas Scripturas neminem poſſe perfectè intelligere, quem literas ſecularis doctrinæ contigiſſet ignorare. Erant multa Monachorũ iſtis tẽporibus præclara volumina, in quorum cõparatione ea, quæ hodie cuduntur, à pleriſq; tanquã paleæ vileſcunt. Hæc ille. quæ nõ magis in Rabani encomiũ cuius hic opuſculũ damus, quã eò prolixius adducere voluimus. aduerſus eos, qui monaſticũ inſtitutum tantopere ſugillant, quod niſi fuiſſet, literæ tam Græcæ quàm Latinæ perijſſent, ac tametſi iã alia facies monaſteriorum exiſtat duplici cõtagione Eccleſia laborante, tamen conſtat ſcholas publicas in ijs olim extitiſſe, & nõ ſolũ literas ac honeſtas diſciplinas, ſed præclara etiam multa fuiſſe ingenia ſeruata. Erant verò ſcholæ publicæ, quas iã regulari diſciplina vbiq; & paulatĩ deperdita, Gymnaſia ac Vniuerſitates vocant, præcipuè quidẽ per Germaniã, in Fuldenſi, Hirſchaugienſi, Herſeldẽſi, Corbeienſi, Mediolacenſi apud Treuiros, & S. Galli cœnobijs. In quibus moderatores floruiſſe tam morũ quã doctores ſcientiarũ hiſtorica nos fides docet. In Fuldẽſi quidẽ poſt Rabanũ Strabũ Poëtã inſignẽ, Otfridum, qui Euãgelia carmine red

didit

didit, Ioannē poſtea Abbatē Vercellen. qui Dionyſium Areopagitā primus vertit, & Amulariū ex monacho Abbatē Luxouien. & poſtremo Archiepiſcopum Treuiren. ac Cardinalē. Sic in Hirſchaugiēſi Maginfridus Ruothardus Richbodo, qui vitā B. Bonifacij carmine cōplexus eſt Harteradus, Lyntelmus, Adalbero, Diethardus Meginradus, alijque eorū ſeculorum, quàm plures Monachos tā in humaniorib. quā in diuinis, neque ſine fruge erudiebāt. In Corbeiēſi præterea Saxoniæ cœnobio, Paſcaſius hoc munere perfunctus eſt, qui de corpore & ſanguine Domini ſcripſit, Rutbertus, Reynbertus poſtea Archiepiſcopus Bremēſis, & ſub Henricho Cæſare Ruothardus. Similiter eiuſdem prouinciæ Hirſchfeldenſis quam claruerit Haymo poſtea Halberſtadenſis præſul, & Lābertus Schafnaburgen. hiſtoricus inſignia monumēta ab vtroq; relecta teſtantur. Vt de ſchola S. Galli in Heluetijs nihil dicamus, in qua Notgerus poſterius Epiſcopus Leodien: Hartmūdus VVerebertus, cuius ad Ludouicum primum fragmēta nō vulgaris eruditionis reppe rimus, Adelhardus, Dietmarus, Huldericus & Hetmānus, quē Cōtractū nomināt, inſignis hiſto ricus, mathematicus atq; theologus, cum feliciſſ. etiā Romanis ingenijs cōferēdi veniūt. Hæcpropterea fuſius, neq; ſine tædio ac offenſiōe quorūdā

exagge-

exaggeramus, nõ vt Monaſticum ſaltẽ vel tantum ordinem eleuem⁹, ſed vt admoneamus illius alumnos veteris tam ſancti inſtituti, quo paulatim refrigeſcẽte, nõ deſunt tamen, qui tales ſcholas hodie reducunt, & lapſam monaſticã diſciplinam retinere nõ ſine peſſimo exemplo videntur. Quorum inſtituta, atque vt non ambigo, noſtrã hanc antiquorum ac ſanctorum authorum euulgationem, ſi qui reprehenſuri ſunt, vt non defuturos certus ſum, his vt cõcludam præfationem, cum Alexandro Macedonum Rege paucis reſpondeo, qui Leonidæ ex purpuratis vno thuris copiam in ſacrificijs reprehendenti ſcripſiſſe fertur, Ad te thus myrrhãq; abundè trãſmiſimus, vt iam Deis parcus eſſe deſinas. His valeat Reuerendiſſima Celſitudo veſtra, ac me à morſu impiorum, liuidorumq; vſque tueri non deſinat in Eccleſia manentem, ac ſancta ſimplicitate nitentem, ſecutus Achillem Homericum admonitum à Pallade, vt Agamemnoni parceret, peperciſſeq; illum, quamuis de eo pœnas ſumpturus fuerat, ob hanc ſolam cauſam, quod eum Dij præcipuè exaudiant, qui Deorum voluntati paret. Bene valeat C. T. Reuerendiſſ. præſul Mecœnas obſeruandiſſ. Ex ædibus noſtris Menſe Decemb. anni ineuntis M. D. LX.

VVolfgangus Lazius.

EPISTOLA CAROLI REGIS AD ALBINVM.

CAROLVS GRATIA DEI REX FRANCORVM,

Imperator Longobardorum, ac patritius Romanorum, dilectiſſimo Magiſtro, nobiſq́ cum amore nominando Alchoino in Domino noſtro Ieſu Chriſto, æternam ſalutem.

PEruenit ad nos epiſtola miſſa à religione prudentiæ veſtræ, quæ poſt laudes & benedictiones omnipotenti debitas, & progeniei noſtrę benedictioné optabilem, ſummam beneuolentiam detulit. Poſthæc textus illius ſubſecutus eſt, cur ſeptuageſima & ſexageſima, nec non & quinquageſima, in ordinem per dies Dominicos, ante xl. dicatur, vel ſcribatur. Inde accepta ratione per cāpos Arithmeticæ artis quicquid ex hac re veſtra ſenſit induſtria, ſe extendendo nobis plenum ſignificare ſtatuit. Sed dum mens noſtra huc, illucq́ue diſcurreret, ſolerti indagatione cōſiderauimus, non ſolùm intra præſcriptos à vobis, ſed etiam per ſingulas hebdomadas, nec non & per totū anni circuli ſpatium, per interualla horarum ac punctorum ſeu momentorum myſteria nume-

rorum poſſe ab his, qui huius artis peritia imbuti ſunt, reperiri. Vnde quia tuæ charitati placuit noſtram regalem aula de hac re conſulere, quicquid inde ſenſit noſtra ſerenitas, ſermone comatico tibi patefacere nō negauimus. Exigēte igitur inquiſitione, & cōſideratione cur alij vj. alij vij. alij. viij. nōnulli verò. viiij. abſtineāt hebdomadas. Argumētis ſenſus noſtri tuæ familiaritati per hos apices ſignificare ſtudemus. Qui enī vj. hebdomadis obſeruātes ſe abſtinētiæ tradūt ſubtractis vj. diebus Dñicis, in quibus ieiunare minimè licet, decimas dierū dantes corporis ſui. xxxvj. dies, ſicut B. Gregorius mirabilis doctor edocet, ieiunant & hoc tempus, licet in ipſo duo ſupereſſe videantur dies, vſque ad ſanctam reſurrectionem XL^{am}. ſanctæ Dei eccleſiæ nominari placuit. Religione verò creſcente, à Teleſphoro pontifice, qui poſt Petrum Apoſtolorum principē nonus in ſancta Romana Eccleſia claruit, viiij. hebdomadæ in abſtinentia dedicatæ ſunt, & hoc tēpus quo alio nomē rectius vocari quam L^{a}. in ordine rationabiliter debuerunt. Exhinc & deinceps collecta ratione, qui octo hebdomadas obſeruare ſtuduerūt Quadrageſimam gradatim nominauerunt. Similiter qui nouem Septuageſimæ iuxta præfatam rationem nomē impoſuerunt, & non ordinem numerorum hebdomadarū vel dierū, ſed tenorem nominis ſeruantes hæc nomina cōpoſuerunt. Vel vt ſi qui nunc fuiſſent, qui decimam hebdomadam addere pro aliqua iuſta ratione voluiſſent, & propter numerum

Quinquageſimæ initia.

hebdo-

hebdomadarũ Decaxeſimã, ſeu quolibet alio nomine vel propter numerum dierum, Septuageſimam, vel Octuageſimam ordine, conſeruato vocabulorũ tramite recto pergendo nũcupare debuiſſent. Quia igitur gratia diuina opitulãte, prout nobis viſum fuit, de nomine Septuageſimæ, & Quagrageſimæ ac Quinquageſimæ, tuæ charitati ſcripſimus, nũc ſtilo percurrẽte, de obſeruãtia & cultu harũ hebdomadarũ iuxta capacitatem ſenſus noſtri tibi ſcribere curauimus. Quinquageſima verò ideo dicitur & obſeruatur à nonnullis, vt & decimas dierũ ieiunãdo omnipotenti Deo offerre valeant, & imitari Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui quadraginta diebus ieiuniũ ſacratiſsimum impleuit. A Quinquageſima vſque in Paſcha ſeptem hebdomadæ ſunt, quæ faciunt dies quinquaginta, ex quibus, ſi octo dies Dominicos ſubtraxeris, in quibus ieiunium non licet obſeruare, remanent quadraginta duo dies, & hi duo dies, quinq; videlicet & ſeptem feriæ qui quadragenarium numerum excedunt, apud quoſdam ieiunio dedicantur, apud quoſdã in refectione propter cœnam Dominicam, & ſanctum ſabbathum habentur. Sexageſima autem vt æſtimamus propterea à nonnullis obſeruatur, vt & decimas dierum corporibus ſuis omnipotenti Deo dare poſſunt, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quadragenario particulatim ieiunãdo imitari, & vt prima quinquaginta quinque ferijs vacare à ieiunio valeant. A Quadrageſima quippe vſque in ſanctũ diem

reſurrectionis Dominicæ octo hebdomadæ ſunt, ex quibus ſingulis hebdomadibus, primã & quintam feriam ſi ſubtraxeris, & ipſum diẽ ſanctum Paſchæ, quadraginta tantũ dies remanent in abſtinentia. Meltiades verò natione Apher per omnia Apoſtolicus, triceſimus poſt ſanctum Petrum, cui ſucceſsit Beatus Syluester in cathedram Apoſtolicæ dignitatis, hic conſtituit, vt nulla ratione in prima vel quinta feria ieiunium quis de fidelibus agere præſumeret. Nam cur in prima feria ipſo Saluatore tradente, non eſt neceſsitas texendo replicare. Quintam verò arbitrati ſumus propter magna myſteria, quæ in ea continentur ab eo ſolutam. In ipſa nanq; ſanctũ chriſma conficitur, ad abluendam totius mundi primæ originis culpam, in ipſa reconciliatio fit pœnitentium, in ipſa redẽptio omnium. Cenando cũ diſcipulis panem fregit, & calicem pariter dedit eis in figurã corporis, & ſanguinis ſui,† nobiſque profuturum magnum exhibuit ſacramentum. Eo videlicet die poſt multa myſteria, Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctis videntibus diſcipulis ſuis glorioſa aſcenſione cœlos penetrauit. Sed ne diutius ſermo protrahatur, multa te legiſſe, de hac ſolemnitate in ſanctorum venerabilium dictis Orthodoxorum Patrũ non ignoramus. Septuageſima namque vt æſtimamus proptèrea ab aliquibus obſeruatur, vt & decimas dierum Domino dare queant, & prima vel quinta, nec non & ſeptima feria ieiunium ſoluere poſsint. A ſeptuageſima verò vſque in Paſcha nouem

† Similes locutiones ſunt & apud D. Auguſtinũ, Tertul. ex hac ſcriptura: Hoc facite in meã commemorationem, ſumptæ. Sicut enim Chriſtus eſt verus Deus & verè inuiſibilis dei imago, &

nouem hebdomadæ ſunt,quæ faciũt dies quadraginta quatuor,é quibus ſi de vnaquaq; hebdomada tres præfatos ſubtraxeris dies & paſchalem ſacratiſsimum, triginta ſex in abſtinentia remanent dies.Hi verò ſabbathum, in quo Dominus ab omnibus operibus requieuit,nõ ſolùm ob ſuperſtitionẽ Iudeorũ, nec propter mandata veteris teſtamenti legali quoq; ſunt vmbra futurorum, ſed ne cùm Iudei ſabbathizentur,ieiunium ſoluere conantur. Ea præcipuè cauſa eſt quaſi veſperaſcenti ipſo die gaudium ſanctæ reſurrectionis à fidelibus honorificè celebratur.Sed quia vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat,ſiue hoc, ſiue aliud ſit,ſalua fide & religione nihil præiudicauimus.

ſubſtantiæ eius figura teſte D. Paulo:ita & ipſa hoſtia conſecrata. eſt verum Chriſti corpus & verè Chriſti præſentis & in cruce pro nobis oblati & in vltima cœna communitati figura, ſub panis & vini ſpeciebus cõtenti. Sic D. Auguſtinus contra Adamantiũ,& Rabanus de Euchariſtia cap.12. & Algerus libro. 1. cap.18. has locutiones explicauerunt.

* Sabbathi paſchalis veneratio hinc celebratur, eo quòd ipſo die Dominus in ſepulchro quieuit, vnde Hebraicè requies ,ſiue q eo die mundo perfecto requieuit,hic autem dies inter mortem Chriſti & reſurrectionem medius eſt, ſignificans quandã requiem animarum ab omni labore poſt mortem. Et qui fit tranſitus per reſurrectionem carnis ad illam vitam,quã Chriſtus Dominus ſua reſurrectione præmonſtrare dignatus eſt, & quia in tanta veneratione ab omnibus Chriſtianis excolitur, ſeu quòd vſq; ad medium noctis vigiliæ extenduntur. Sanctus Ieronymus ita docet: Traditio Apoſtolorum vel Iudeorum Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinẽ Ægiptij temporis quãdo paſcha celebratum eſt. Vnde & reor traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, vt die vigi-

**Sabbathũ paſchale et eius ſolemnia.*

liarum paſchæ ante noctis medium populos dimittere non liceat, expectantes aduentũ Chriſti. Poſtquam verò illud tempus tranſierit ſecura præſumpta feſtum cunctis agere diem. Manifeſtat & hoc benedictio cerei. Hæc nox eſt, & in oratione in miſſa: Deus qui hác ſacratiſs. noctem. In Romana enim Eccleſia infra vrbem. Mane primo Sabbathi, venit Archidiaconus in Eccleſiam, & fundit cæram in vaſe mundo, & miſcitat in ea oleum, inde benedicit cæram, & ex ea fundit ſimilitudinem agnorũ, & ſeruat eos in loco mundo. In octauis verò Paſchæ dãtur ipſi agni ab Archidiacono poſt miſſas in Eccleſia, & cõmunionem populo, & ex eis faciunt in domibus ſuis accendi incenſum, & ad fumigandum in domibus pro quacunq; eis neceſsitate euenerit. Similiter in ſuburbanis ciuitatibus de oleo faciunt Agnos quos Romani faciunt, agnũ pro nobis factũ immaculatum deſignantes, omnibus enim rebus Chriſtus nobis ad memoriam frequentius reducendus eſt. Quibus S. Gregorius oleum inſtituit, quando miſteria paſchalis agni reſerauit. Quod enim à nobis cereus benedicitur Zoſimus Papa inſtituit. Significat enim Dominũ, qui præcedebat filios Iſraël in columna ignis. Cæra humanitatem Chriſti deſignat. Mel quippe in cæra eſt, diuinitas in humanitate. Cõcordat cæreus hic in ſignificatione cum columna ignis qui illuminabat populum Iſraël in nocte, vt illud in ipſa benedictione. Viam columnæ huius præconia nouimus, columna illa Chriſtum ſignificabat,

Octauæ Paſchalis ſolẽnia.

Agnus Paſchalis ex Butyro in Germania.

Cerei Paſchalis myſterium.

bat, illa columna præcedebat filios Iſraël, no- ſtra columna.i. cæreus præcedebat Catecumenos noſtros, lumen ipſius Chriſtum ſignificat, quo & præſens nox illuſtratur gratia ſcilicet reſurrectionis, & Catecumeni ad baptiſmũ venturi. Quod à Diacono benedicitur, moré ſequimur Romanum. In eo enim Archidiaconus conficit agnos. Qui cæreus per ſeptẽ dies Neophitorum præcedit Pontificẽ, qui eſt caput populi, quia columna ignis præceſsit populũ vſq; ad terram repromiſsionis. Ipſo die hora ſeptima procedunt omnes ad Eccleſiam, & deportatur lumẽ ab Epiſcopo ſiue Abbate proſequẽte eum populo ſicut ſupra, & illuminantur ſeptem lampades. Cæreus verò qui benedicẽdus eſt, iam debet eſſe præparatus in medio Eccleſiæ congregato hincinde omni clero ſeu populo, deinde veniens Archidiaconus facit crucem in eo, & illuminat illum de nouo igne, atq; cõpletur ab eo benedictio cærei. Prima quaſi in modum legentis ita. Exultet iam angelica turba cœlorum & reliqua. Secũda decantanda eſt in modum præfationis. Cæreo benedicto, ilico illuminantur ab eodem alij cærei duo ſtaturam hominis habẽtes. Cæreus qui nouo igne accenditur, nouam Chriſti doctrinam ſiue gratiã in nouo teſtamento, nouamq́ue gratiam qua nox dominica illuſtratur, deſignat: quo qui illuminãtur ab eo doctrinam Apoſtolorũ --- quibus dicitur. Vos eſtis lux mundi. Quod enim Catecumenos præcedunt ad baptizandum, ſignificat hoc quod columna ignis præcedebat filios

Cerei Catacumenorũ.

Ceremonia Cerei benedicendi.

Iſraël, antequam mare rubrum tranſirent. Ibi etiam figuraliter initium ſumpſit baptiſmus. Baptizauit inquit Moſes in nube & mari. Habuit ergo mare formam baptiſmi, nubes ſpiritus ſancti, Manna verò panis vitæ, Deinde baptizauit Ioannes in pœnitentia, poſt hũc Chriſtus perfectũ baptizauit baptiſmum, in ſpiritu ſancto & igne. Tria etenim genera ſunt baptiſmi, primum quo ſordes peccatorum lauacrum abluit. Secundum quo quis ſanguine ſuo per Martyrium baptizatur, quo etiam Chriſtus baptizari dignatꝰ eſt. Tertium lachrimarũ quibus Dauid & Niniuitæ miſericordiam conſecuti ſunt. Deniq; in baptiſmo ſeptem gradus ſunt, tres in deſcenſu, propter tria quibus renuntiamus, tres alij in aſcenſu, propter tria quæ confitemur. Septimus verò qui quartus ſimilis filio hominis, extinguẽs fornacem ignis. Lectiones itaque quatuor quæ ſequuntur ante baptiſmũ cum canticis ſeu orationibus ad inſtructionẽ Catecumenorum atq; Neophitorũ pertinent. Quod verò non pronũtiantur in capite, vt aliæ lectiones, ſicuti eſt lectio libri Geneſis ſiue Exodi & cæteræ per ordinem. Hæc ratio eſt, dũ ait Apoſtolus: Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. Catecumini inſipientibus comparantur, ideo eis lectiones diſsimiliter pronuntiantur, vt reducatur ad memoriam cæcitas cordis eorum, qui nondũ cognoſcunt ciues cœleſtis Ieruſalem, fruſtra eis pronuntiatur autor incognitus, quibus firmiſsima autoritas poteſt vileſcere per ignorantiam. Antequam enim legantur lectio-

Baptiſmi in veteri teſtamento figuratio.

Baptiſmi genera.

Lectionum origo in feſtis Paſchalibus.

lectiones, accipiunt duo notarij ſupra ſcriptos cereos accenſos, & tenent illos, vnus in dextro cornu altaris, alter in ſiniſtro vſque ad fontes. Deinde aſcendat lector ad legendũ, abſq; pronuntiatione. Lectio prima ex libro Geneſeos, ita inchoatur: In principio creauit Deus cœlũ & terrã, & reliqua. Sequitur oratio abſq; ſalutatione: Deus qui mirabiliter. Lectio ſecũda ex libro Exodi: Factum eſt in vigilia matutina. CAN. Cantemus Domino, ORE. Deus cui antiqua, & Lectio tertia Eſaiæ prophetæ: Apprehendent ſeptẽ mulieres. CAN. Vinea facta eſt. OREMVS: Deus qui nos celebrandum. Lectio quarta Eſaiæ prophetæ: Hæc eſt hæreditas. CAN. Attendite cœlum. OREMVS, Deus qui Eccleſiã tuam, De Pſalmo 40. Canticũ: Sicut ceruus. OREMVS, Concede quæſumus. Alia oratio in eodẽ pſalmo 41. Omnipotens ſempiterne Deus. Finitis lectionibus deſcendendum eſt ad baptizandum, qua hora baptiſmus hodie debeat celebrari, ſiue Penteco ſtes, vel quid ſacerdotes Neophitis prædicent, hic parũper intimandũ eſt. Primò paganus vt Catecuminus fiat, accedens ad baptiſmum renũtiet maligno ſpiritui, & omnibus damnoſis eius pompis, exſufflatus, & iã vt fugato diabolo, Chriſto Domino pateretur introitus, exorcizatur, id eſt, cõiuratur malign⁹ ſpiritus, vt exeat & recedat, dans locũ vero Domino. Catecuminus audiens, ſiue auditor ſalem accipit, vt putrida & fluxa eius peccata ſapientiæ ſale diuino munere mundentur. Deinde ſimboli Apoſto-

Ceremoniarum Baptizationis origo.

lici traditur ei fides, vt vacua domus, & à priſco habitatore derelicta fide ornetur, & præparetur habitatio Domino. Fiunt ſcrutinia vt exploretur ſæpius, an poſt renuntiationem Sathanæ, ſacra verba datæ fidei radicitus corde fixerint. Tanguntur & nares, vt quandiu ſpiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoq; eodem oleo perungitur, vt ſigno ſanctæ crucis diabolo claudatur ingreſſus. Signantur & ſcapulæ, vt vndiq; muniatur. Itē in pectoris vnctione ſignatur fidei firmitas, & operū bonorum perſeuerātia. Deinde ſanctæ Trinitatis trina ſubmerſione baptiſatur. Et rectè homo qui ad imaginē ſanctæ Trinitatis eſt cōdit⁹ per inuocationē ſanctæ Trinitatis ad eandē renouatur imaginem, & qui tertio gradu peccati, id eſt, conſenſu cecidit, tertiò eleuatur de fonte, vt per gratiam ſurgat ad vitā. Deinde albis induitur veſtimentis propter gratiā regenerationis, & caſtitatē vitæ, & angelici ſplendoris decorē. Tunc ſacro chriſmate caput perungitur, & myſtico tegitur velamine, vt intelligat ſe diadema regni, & ſacerdotij dignitatem portare iuxta Apoſtolum: Vos eſtis genus electū, regale & ſacerdotale, offerentes voſmetipſos Deo viuo, hoſtiā ſanctam & Deo placentem. Sic corpore & ſanguine dominico confirmatur, vt illius ſit capitis membrū, qui pro eo paſſus eſt, & reſurrexit. Nouiſsimè per impoſitionē manus à ſummo ſacerdote, & ſeptiformis gratiæ ſpiritū accipit, vt roboretur per ſpiritum ſanctum ad prædicandū alijs qui fuit in baptiſmo per gratiam

Chriſmatis vetuſtas.

vita

vita donatus æterna. Hodie autem hora nona baptiſmus celebratur, ſicut in Pentecoſte, ea de cauſa quia angelus Domini venit ad Corneliũ hora nona, annuntians ei quod orationes eius ac eleemoſynæ aſcenderint in conſpectũ Domini. Qui mox miſit ad Petrum & promeruit ſacramentũ baptiſmi. Sic & hoc decentiſs. eſt, vt quia hora nona auctor vitæ emiſit ſpiritum, eadem hora nona Eccleſia ſancta percipiat ſanctum baptiſma. Quod verò non liceat præter hodie, & Pentecoſten generaliter baptiſmum celebrari. S. Leo papa ſatis denegat, niſi fortè infirmitas interfuerit. neque hoc omittendum eſt, quod Romani infra Quadrageſimã ſex ſcrutinia celebrant, & hodie ſeptimum. In iſto ſeptimo intelligũt ſeptem dona ſpiritus ſancti in baptiſmate data. Poſt horam denique tertiam Sabbathi præparantur ad Eccleſiam, qui baptizandi ſunt, ſimul cum patrinis & matrinis, & ordinantur ab Acolito, maſculi ad dexteram, fœminæ verò ad ſiniſtram. Tunc qui poſſunt, reddunt orationem Dominicã & Symbolum, ſiue patrini pro ipſis atque matrinę eorũ, qui eos ſuſcepturi ſunt. Deinde facit Præsbyter cum pollice in frontibus eorum ſignum crucis dicendo: In nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti. Poſthæc ponit manũ ſuper capita eorũ, & dicit orationẽ ad Catecumenũ faciendum: Omnipotens ſempiterne Deus. Hic iuxta ſanctũ Gregorium reddunt ſymbolũ & orationẽ Dominicã, aut patrini pro ipſis. Poſthæc ſequũtur orationes in Sabbatho ſctõ ad Cathechiſandum

Tempus baptizãdi vetus.

Suſceptorũ in baptiſmo veiuſtas.

Poſtremæ in Baptiſmo Ceremoniæ.

dum infanté. Inde veró tangit eis nares, & aures de ſputo, & ad aurē dexterá, EFATA, qđ eſt aperire in odorem ſuauitatis. Ad ſiniſtrá, tu autē effugare Diabolo, appropinquabit enim iudiciū Dei. Poſtea veró tágit ei pectus & inter ſcapulas de oleo exorcizato crucē faciēdo cum pollice, & vocato nomine eius dicitur: Abrenūtias Satthanę? Reſpōdet: Abrenuntio, & omnibus operibus eius? Reſpōdet, Abrenūtio, & omnibus pōpis eius? Reſpōdet: Abrenuntio. Inde ſequitur ſimbolū. Hic ſecundū, Agitur, & cática. His expletis procedit pōtifex ad fontes benedicendos cū omni clero, proſequente eū populo, præcedet iá benedictus cereus, ſiue duo illi cerei, quos tenent notarij, ab eodē ſcilicet illuminati, & ampulla cū oleo, & balſamo in magna reuerentia. Ná & illi duo cerei præcedūt vbiq; pontificē vſq; in octauas Paſchæ. Eūtes ad fontes canunt letanias ter tantūmodo repetendo. Quibus finitis ante fontes & facto ſilentio, ſtantes ſacerdotes ſequitur benedictio fontis: Omnipotens ſempiterne Deus, & reliqua. Sequitur conſecratio fontis in modū præfationis decantáda. Deus qui inuiſibilibus, ad inuocationem veró ſpiritus ſancti quē ſacerdos celſa voce proclamat, id eſt, alto mentis affectu, deponitur cereus benedictus in aquá, ſiue illi qui ab eo illuminati ſunt, ad demonſtrandam ſcilicet ſpiritus ſancti præſentiá, ſacerdote ita dicēte: Deſcendat in hanc plenitudinem fontis. Fonte benedicto, accipit pontifex chriſma cū oleo mixto in vaſe ab Archidiacono, & aſpergit per mediū fontis

Sacri fontis in Sabbatho Paſchæ benedictio.

in

in modum crucis. Tunc pontifex aſpergit cum manu de ipſa aqua ſuper populum. Quo facto accipit populus de ipſa aqua in vaſculis ad ſpergendum in domibus ſuis, ſiue agris, deinde tenente patrino infantem à quo ſuſcipiẽdus eſt, interrogat eũ ſacerdos ita: Quis vocaris? Reſpõdeat ille. Et ſequitur ſacerdos: credis in deum? & reſpondit: Credo. Et in Ieſum Chriſtũ filiũ vſq; paſſum? Reſpõdit: Credo. Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctã eccleſiam? Reſpõdeat credo. Deĩde baptizat eum ſacerdos ſub trina merſione tantũ, ſanctam Trinitatem ſemel inuocãdo ita dicens: Et ego te baptizo, in noĩe patris, & mergat ſemel: et filij, et mergat iterũ: et ſpiritus ſancti, et mergat tertiò. Vt autẽ ſurrexerit à fonte, faciat presbiter ſignum crucis de chriſmate in vertice eius, dicens hanc orationem: Deus oĩpotens pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Tũc ſuſcipiatur ab ipſo, à quo ſuſcipiendus eſt, poſtea veſtitur infans veſtimẽtis ſuis. Si vero Epiſcopus adeſt ſtatĩ cõfirmari eũ oportet chriſmate, & poſtea cõmunicare, & ſi Epiſcopus deeſt, cõmunicetur à presbitero dicente ita: Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam. Amen. Quod enim aliqui patrini ſolent à fonte extrahere ſuos filios, non legitur in ordinibus de hac re, apud Romanos ita legitur: Poſtquam põtifex baptizauerit, vel quibus iuſſerit ipſe, leuẽt ipſos infantes in manibus, et offerunt eos vni de presbiteris. ipſe vero facit crucẽ de chriſmate cũ pollice in vertice eorũ dicẽs: Deus oĩpotens pater domini noſtri Ieſu Chriſti,

Nota antiquitatem quæ adhuc hodie paſſim à pijs in vſu habetur.

Poſtremo baptizationis ceremoniæ.

Confirmationis vetuſtas.

Communicatio poſt baptiſmũ.

ſti, vt ſupra. Qua finita ſunt parati qui eos ſuſcepturi ſunt cum linteis in manibus ſuis. Deinde accipiunt ipſos à Pontifice vel à Diaconibus qui eos baptizauerũt. Poſtquam vero veſtiti fuerint, deportantur ante põtificem ad cõfirmandũ. Quibus dat ſingulis ſtolam candidam chriſmalẽ, & decem ſyndos, & ſic veſtiũtur. Et poſt quam induti fuerint dat Põtifex ſuper eos orationẽ, impoſita ſcilicet manu ſuper capita eorũ, cũ inuocatione ſeptiformis gratiæ ſpiritus ſancti. OREMVS. Omnipotẽs ſempiterne de⁹ qui regenerare. Hac finita facit crucẽ de chriſmate cum pollice in ſingulorum frõtibus ita dicẽdo, In nomine patris & filij et ſpiritus ſancti, pax tibi, reſpondeant omnes, & cũ ſpiritu tuo. Hæc verba ſunt ſalutationis ad nouũ hominem qui recreatur. Sane illud pręcauendũ eſt et nõ negligatur. Quia in hoc omne baptiſmũ legitimũ Chriſtianitatis nomine cõfirmatur. Sed et hoc præuidendum eſt, vt nullum cibum accipiant, neque ablactentur antequam communicentur. Omni autem die vſque in octauas ad miſſam veniat et cõmunicent, parentes vero oblationes pro ipſis faciant. Similiter & in Pentecoſte, oĩa fiant. De hac vero cõfirmatione S. Innocentius papa non ab alio quam ab Epiſcopo fieri licere aſserit. Quãuis enim Presbyteri ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent, et ideo ſolis põtificibus debetur vt cõſignent, vel paracletũ Spiritũ tradant, ſicut lectio Apoſtolicorũ actuum demõſtrat. Quæ aſserit Petrum et Ioannem eſſe directos vt baptiſatis traderent ſpiritũ

Diaconorũ erat baptizare.

Confirmatio mox à baptiſmo.

Confirmatio non niſi ab Epiſcopo facienda.

ſanctum. Presbyteris vero ſiue extra Epiſcopū, ſiue præſente Epiſcopo, cū baptiſant chriſma te baptiſatos vngere licet, ſed quod ab Epiſco po fuerit cōſecratum, nō tamen frontem ex eo dē oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cum tradunt ſpiritum paracletum baptiſatis. Quando infirmus venit ad baptiſandum facies ſupra ſcriptum ordinem, ſed tantum poſt æternam hanc iuſtiſsimam pietatem addes orationem iſtam: Medelam tuam deprecor Domine ſancte pater, vſque ad gratiam baptiſmi tui, per. Hac finita dicis ſymbolum & orationem dominicam, deinde Cathechiſas eum his verbis. Nec te latet Satanas, & reliqua, & non dicas illam benedictionem maiorem ad fontes, ſed iſtam minorem ad ſuccurrendum. Exaudi nos omnipotens, & huius aquæ ſubſtantiam immitte, vſq; vitam mereatur æternā, per &c. Poſtquā eum Cathechiſaueris benedic aquam his verbis: Exorcizo te creatura aquæ, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, filij dei viui, & ſpiritus ſancti. Si quod phātaſma, vſq; in remiſſionem omniū peccatorū, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, Baptiſas eum, & linis de chriſmate in cerebro, & dicas orationem hāc: Deus oīpotens &c. Communicas & confirmas eum vt ſupra. Finito etiam ſupradicto baptiſmo in Sabbatho ſctō fiunt letaniæ ex iuſſu pontificis ante altare: primo, ſecūdo, tertio, poſtea fiunt letaniæ circa baptiſterij conſecrationē intercesſione ſanctorū pro renaſcētibus: ita enim inchoantur.

tur. Stat primicereus vnus in dextero choro, &
Vocabula primæ Reipub. Rom. dicat cum ipſo, Kyrieeleiſon, & reſpōdet ſecun dicereus cū ſiniſtro choro. Kirie. vſq; quater. Deinde Chriſteeleiſon vſque ter, id eſt, ſeptem vities repetitæ, vnde & ſeptem dicuntur. Hoc ordine fiunt quinque & ter. Poſt hæc Chriſte audi nos vſque ſepties, & ſic per ordinem interuallo facto. Sequuntur letaniæ quinæ quinquies repetitæ. His finitis pulſantur ſigna ad
Campanarum origo. miſſam publicam. Nam miniſtri ita debent eſſe præparati, ante oſtium ſacrarij, vt cum cantor dixerit: Accendite, abſque mora procedunt vſq; ad altare. Sequuntur letaniæ trinæ, Kirieeleiſon & reliqua, vſque fili Dei te rogamus. Tunc egreditur pontifex de ſacrario cum ingenti decore, & prædictus cereus ſtat ante illum cum ti miama cereus, & cū dixerit ſchola. Agnus Dei, dicat cantor excelſa voce, Accendite. Tunc primum illuminantur omnes cerei Neophitorum quos manibus tenent, demonſtrante hoc quod per illum agnum qui tollit peccata mun-
Cereorum accenſio. di, vnuſquiſque lumen accipere debeat. Quod vero ab imperitis extinguūtur in cōſecratione fontis quando illi maiores illuminati deponuntur, nil autoritatis eſt. Sine lumine enim ſunt vſq; ad hanc horam, qua cæteri cerei illuminantur Eccleſiæ. Ea videlicet cauſa, vt prius accipiāt impoſitionem manus Epiſcopi, & ſic eos credamus illuminari ſpiritu ſancto. Atq; ſicut gloria reſurrectionis illuſtrata eſt nox, in qua celebramus miſſam, ita illuſtretur & lumine cereorum. Sequitur Agnus Dei. Ea verò quæ ſequuntur

tur tam diu debent moroſè repeti, vt miniſtri queant procedere. Sequitur, Chriſte audi nos, Kirieeleiſon voce excelſa. His expletis dicit põtifex, Gloria in excelſis Deo. Ex decretalibus Innocentij Papæ diximus Sabbatho miſſam non celebrari, quod ita eſſe comperimus ex officio quod totam noctem illuſtrat futuram, vt in prima oratione miſſæ. Deus qui hanc ſacratiſs. noctem. Nota vero certum numerum miniſtrorum ad Neophitos vſq; ad Euangeliũ, vt illud, ſicut reſurrexiſtis cum Chriſto. Cantatur pri⁹ Alleluia, quod eſt Hebręũ propter primatũ huius linguæ, hinc tractus latinæ. Quod autem ante Euangeliũ non portatur, niſi timiama tantum, poſſunt intelligi aromata illa quæ mulieres ante lucem ad vngendum Dominum detulerunt. Quod autem poſt Euangelium nõ cantatur offertorium, & cantores tempore ſacrificij ſilent ad memoriam reducitur ſacrificium ſeu ſilentium mulierum, ipſæ enim tunc tantũmodo vnguenta attulerant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod eſt angelorum cantus, quia angeli non tacuerunt de eius reſurrectione. Iterum vice mulierũ reticent cantores, Agnus Dei, quia quando interrogauit Maria hortulanum, Domine ſi tu ſuſtuliſti eũ dicito mihi, magis credebat illum furto eſſe ſublatum, q̃ tollere peccata mundi, ac propterea audiuit, volens eum tangere, Noli me tangere. Sacerdos qui eſt vicarius Chriſti, implet ſuum officiũ. Sequitur ad cõplendã orationem. Poſtquã omnes communicauerint dicit Diaconus: Ite miſſa eſt. Reſpon-

Quare in Sabbatho Paſchæ nõ celebratur miſſa.

Alleluia in Sabbatho Paſchalis origo.

Timiamatum origo in Eccleſia.

Sacra in Sabbatho Paſchalis ac ritus.

detur: Deo gratias. In hac nocte de veſpertinali ſynaxi apud Romanos nil agitur, neq; ante miſſam, neque poſt miſſam, quia ſecundum Auguſtinum, & alios doctores, iſtud Sabbathum nõ habet veſperam.

Ceremoniarum in ſacro paſchatis die initia & vetuſtas.

Die ſancto Paſchæ, in introitu per ora Prophetarum præſentat ſe Chriſtus in Eccleſia patri ſuo dicens: Reſurrexi. Oratio prima mõſtrat aditum regni cœleſtis apertum nobis eſſe, per capitis noſtri reſurrectionem. Epiſtola admonet nos ſeparari à vitijs, contra quæ certauimus per quadrageſimales dies. Reſponſorium monſtrat quantum lætari oporteat eos qui purgantur à vitijs. In Alleluia oſtenditur, in quo ſit totius cauſa lætitiæ. Euangelium exponit perfectius cauſam totius lætitiæ. Eodem die ad veſperas ad ſanctum Ioannem cõgregatur maturius vniuerſus gradus Eccleſiaſticus in Eccleſia maiore, in loco qui vocatur crucifixio, ibique inchoat Schola, Kirieeleiſon, & eo concentu perueniũt vſque ad altare. Poſthæc inchoatur alleluia ad pſalmum, Dixit Dominus Domino. Inde Confitebor cum Alleluia, Et Beatus vir cum Alleluia. Quo finito ſequitur Alleluia. Paſcha noſtrum, cum verſu, Epulemur. inde melodia, inde Euangelium ſecũdum Romanos. Aſperſio, cito euntes, quinquies ecce præcedet vos. Et reſpicit. In hac hebdomada nõ ſequitur poſt Euãgelium Kirieeleiſon, ſed Sacerdos dicat orationem, qua finita deſcendunt ad fontes cum Antiphona in die reſurrectionis. Sequitur pſalmus: Laudate pueri cum Alleluia. Inde Alleluia.

Domi-

Dominus regnauit, quinquies. Parata ſedes tua. Item quinquies eleuauerunt. Inde melodia, in Eangelium, Venit Maria, Sequitur oratio. Inde vadunt ad S. Ioannem ad fontes ſeu veſtem, cũ Antiphona, lapidem. Sequitur pſalmus, In exitu cum Alleluia. Quo finito ſequitur Alleluia. Venite exultemus, quinquies. Præoccupaue runt. Item quinquies, hodie ſi vocem. Inde me lodia, in Euangelio, Antiphona: Ite nuntiate, quinquies, ibi eũ. Item Antiphona: Nolite expa ueſcere. Sequitur oratio. Qua finita pergunt ad crucem cum Antiphona: Vidi aquam. Ibiq; ca nunt iterum pſalmum, In exitu Iſrael, & Alle luia. Venite exultemus vt ſupra. Antiphona in Euãgelio: Præcedam vos, & ſequitur oratio Sa cerdotis. His finitis, & eulogijs acceptis, remit titur vnuſquiſque ad titulum ſuum, vt ibidem veſperum celebret. Ipſi enim ſuper pſalmũ tan tũmodo Alleluia dicunt, & ante Euangelium dicunt. Reſpõſorium: Hæc dies, ſine verſu. Hæc ratio per totam hebdomadam ſeruatur vſq; in Dominicam Poſt albas, Alleluia, & Antipho nis, mutatis tantum ſingulis diebus, Pſalmos verò eoſdem canunt.

Eulogia quæ fuerint in primitiua ecclesia.

Poſtea albati qui in Sabbatho ſancto baptiſati fuerint, veſtibus albis exuuntur. Albati aũt propter veſtes albas vulgo appellantur. ſicut ſe ptem dies pertinent ad vetus teſtamentum pro pter Sabbatha: Ita octo dies ad nouum propter octauum reſurrectionis diem. A Sabbatho vſq; ad Sabbathum portantur albæ veſtes, quæ no bis ſpetiem præſtant, quales eſſe debeamus in

Catecumeni veſtibus albatis.

Neophitorũ ceremoniæ poſt paſcha

nouo teſtamento, & qualia corpora recepturi in octaua die,in quo præſentari nos oportet ante Dominũ cum ipſo pignore quod accepimus in baptiſmo. Alba autem veſtimenta albatorũ opera ſunt iuſtorum,munda, & candida omni tempore. Quod verò in sabbatho exuũtur ipſa veſtimenta, hoc ſignificat, quod anima cuiuſcunque fidelis migrans è corpore inueniet Sabbathum, id eſt,requiem:& veſtimenta ſua hic demittat, id eſt corpus,vt recipiat illud iterũ in nouiſsima die. Octo dies Neophitorum curſum præſentis vitæ mõſtrant. Sic enim Hebraicus ille populus tranſito mari rubro, columna ignis ſibi præcedente nocte per omnem terram repromiſsionis triumphás de hoſtibus introit: Ita noſtri baptiſati extinctis peccatis præteritis ducuntur quotidie ad Eccleſiam, columna cerei illuminata pręcedente eos. Vnde intelligitur ad nullos alios verſus in quibuſlibet locis eam debere accẽdi, niſi in recordatione luminis ſpiritus ſancti, dum itur ad Eccleſiam. Octo dies Neophitorum diſtinguuntur à cæteris, id eſt octauis,primo concinit. octo officia quæ fiunt in commemorationem Neophitorum, diſtinguuntur à cæteris ſequentibus vſque in Pentecoſten. Primum habet duas laudes, Alleluia, Cõfitemini; & Kirieeleiſon, Laudate Dominum. Octauũ duas ſimiliter,id eſt duo Alleluia. Hæc dies. Et, Laudate pueri. Alio Sabbatho vſq; in Pentecoſten, ſeptima die habent Reſponſoria & Alleluia. In memoriam itaq; primæ vitæ quá habuit Adam, primo canitur Alleluia, & quia non

non fuit ſempiterna,tractus ſequitur humiliore lingua,vt humilitas poſterioris vitæ recordetur. In recordatione vero potiſsimæ reſtaurationis,id eſt,vltimæ requiei,quæ redditur in ſeptima die,& perficitur in octaua die,& octauo officio duo Alleluia canuntur,primum quia vita redditur,ſecundum quia ſempiterna. Similiter in Dominicis diebus duo Alleluia terminátur,vſque in Pentecoſten. Duo ſunt vnde anima in ſeptima die id eſt in requie laudet Dominum,vnum de percepta gloria, alterum de percipienda reſurrectione, homo autem in reſurrectione conſtabit ex corpore & anima. Et quia reſurrectio Dominica præceſsit in octaua die,qđ futurũ eſt in reſurrectione, hoc agimus per Dominicos dies vſq; in Pentecoſten,id eſt, vt mẽs & corpus laudet Dominum, & quia interim ſine corpore anima laudat Dominum per ſingulos dies vnum Alleluia celebratur. At media ſex officia paſchalis hebdomadæ Reſponſoria tenent & Alleluia, ſicut ſeptenarius numerus requiem ſignificat,ita ſenarius opera, & in hac vita bonis operibus inſiſtendum eſt, & à Dei laude non ceſſandum. In fine verſuum Reſponſoria, Hæc dies, præpoſterus ordo eſt. Benedictus qui venit præponitur. In quinta feria verſus, Lapidem quem reprobauerunt, qui eſt in ordine pſalmi prior. Sed ſexta feria cãtatur,quia inter cæteros præcipuè ſonat de paſsione Domini,quæ facta eſt ſexta feria,in illa reprobauerunt Dominum Iudæi ædificantes,in illa facta eſt in caput anguli. Quod aũt ſemel agitur bapti-

Quod ſæpius Alleluia canitur.

A Paſcha te ad Pentecoſtẽ quæ obſeruabantur.

tiſmus ſignificat, quia Chriſtus ſemel pro nobis mortuus eſt. In quo baptiſmo duas pactiones fieri non dubium eſt, primum videlicet abrenuntiare diabolo, & pompis eius, ſecũdo credere in miniſteriũ ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Paruuli autem alio profitente fidem illorũ idcirco baptiſantur, quia adhuc loqui vel credere nequeũt. Qui ſi priuſquam regenerentur, tranſierint, procul dubio à regno Chriſti alieni exiſtunt. Patrini verò illorũ præuidere debẽt, vt cum ad intelligibilem ætatẽ peruenerint, fide & moribus inſtruãtur, ſeu orationẽ Dominicam & ſymbolum eos inſtanter erudiant. Quod ſi neglexerint, norint ſe rationem pro eis reddituros ante Dominum, quorum ſponſores extiterint. Quanto aũt tempore generaliter ab Eccleſia celebratur aduẽtus ſpirit⁹ Sancti ſuper Apoſtolos, tanto tempore debet ſeruari vnctio Chriſmatis apud vnũquemque qui accipit manus impoſitionem, & non immerito, quoniam Spiritus ſanctus in ſeptem mulieribus hoc eſt ſeptem virtutibus venit ad hoſpitẽ ſuum. Demũ poſt albas, id eſt, in octauis Paſchæ danda eſt cera benedicta poſt miſſam ad ſuffumigandũ ſcilicet in domibus ſuis, ſeu ponendum in agris vel vineis poſt illuſiones diabolicas, ſiue contra fulgura vel tonitrua.

Quare infantes ſint baptiſandi

Patrini & matrini.

Vnctio chriſmatis vſque ad Pentecoſten.

Romana conſuetudo vnum diem ſcilicet ſeptimum calendas Maj interponit, quem vocat in letania maiore nõ in ieiunio. Letania autem Grecè Latinè deprecatio vel rogatio dicitur, inde & rogationes. Poteſt enim ſerena mens, & aliena,

Letaniarũ origo primo Maio.

aliena, voluntate mala precari Dominum, quā-uis mādu cet ſobriè. Eo enim tempore, ideſt, ſeptimo Calendas Maj ſolent inimici cōmouere bellum aduerſus vicina regna. Hinc reor caute hoc eſſe prouiſum, vel quia tunc omnia in quo dam profectu ſunt. Meſſes pullulāt, arborei fructus ex flore prodeūt, vineæ & oliuæ ſuis arboribus erumpunt, Animalia cāpos tōdent. Quoniam neceſſaria hæc ſunt noſtris vſibus, petendū eſt vt à Domino cōſeruentur. Tres aūt dies rogationum qui celebrantur ante aſcenſionem Domini, iuxta morem Gallicanæ Eccleſiæ conſtituit S. Mammertus Viennēſis Epiſcopus, ob incurſionem ſcilicet malarū beſtiarum, quæ tūc temporis grauiſsimè afficiebant populum Dei. Quæ conſuetudo apud nos vſq; hodie pro diuerſis calamitatibus deuotiſsimè recolitur.

Ceremoniæ in ferijs Pētecoſtes.

In vigilia Pētecoſtes ita agitur ſicut in Sabbatho ſancto Paſchæ, antequā enim deſcēdatur ad fontes ad baptiſandū, legitur lectio prima. Tentauit Deus: OREMVS: Deus qui in Abrahæ. Lectio ſecunda: Scripſit Moiſes. CAN. Attendite: OREMVS: Deus qui nobis. Lectio tertia: Apprehendent. CAN. Vinea facta eſt. OREMVS: Deus qui nos. Lectio quarta, Audi Iſraël. ORE. Deus incōmutabilis. CAN. Sicut ceruus. ORE. Concede quæſumus. Finitis lectionibus deſcendendū eſt ad fontes cū ſancto Chriſmate, & cereis in magna reuerentia decantādo Letaniam. His expletis, baptiſandum eſt, ſic in vigilia Paſchæ. Poſt aſcenſum verò fontis, ingrediendum eſt ad miſſam publicam ad S. Iohannem. Inpri-

Baptiſatio in feſto Pētecoſtes.

Miſſa publica.

 mis

mis fiunt Letaniæ tunc repetendo,& cùm dixerint, Agnus Dei, dicatur excelſa voce: Accendite. Accenſis omnibus luminib. procedit Pontifex cum omni ornatu vſque ad altare, & dicit: Gloria in excelſis Deo, & peragitur Miſſa in ordine ſuo.

Quatuor tẽporum ieiuniorum origo. Quatuor ſunt tempora anni, id eſt, ver, æſtas, autumnus & hiems. Hæc tẽpora ſolent nos per delectamenta ſua reuocare ab amore charitatis. In quibus oportet nos ieiunare, & iam ſi venerit in Pentecoſten celebratur feſtiuitas ſeptiformis ſpiritus. vt illud Dominicũ. Venient autẽ dies cũ auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. De his Auguſtinus: quáuis ordinatio nõ fiat, neceſſarium tamen eſt noſtræ religioni quatuor temporũ ieiunia celebrare. De eodem ieiunio dicit Leó Papa in Homilijs. Vt ieiunium celebretur in largitione Sacrorum ordinum Eccleſiæ primitiuæ mos obtinuit, vt illud miniſtrantibus illis Domino, & ieiunantibus dixit ſpiritus ſanctus. Separate mihi Saulum & Barnabã in poſterum, & reliqua. Tunc ieiunantes & orántes imponentesq́; eis manus dimiſerunt illos. *Sacerdotũ ordinatio.* Iſto die, id eſt, quarta feria leguntur duæ lectiones. Quoniam hi qui ad ſacrũ ordinem tranſeunt, debent admoneri, vt habeant notitiam legis & prophetarum. Quarta enim ætate lex & prophetę viguerunt, & Dauid bellicoſiſs. qui interpretatur manu fortis. In eadem ætate Goliath, id eſt, humilitas ſuperbiam proſtrauit. Cõtra quem Goliath, id eſt, diabolũ debent in humilitate dimicare, qui ad ſacroș ordines prouehuntur.

huntur. Quinta feria deeſt officiũ & miſſa, ideo debet cantari de Dominica Pentecoſtes. Feria ſexta vna tantum legitur lectio, quæ lex & Prophetæ in vno Euangelio recapitulantur, quod legitur in ſexta ætate mundi.

SABBATHVM IN XII. LECTIONIBVS.

Lectiones duodecim propter duodecim lectores dicuntur, quia ab antiquis Romanis bis legebantur, hoc eſt, Græcè & Latinè. Sex enim tantũmodo ſunt, niſi fallor duas ob cauſas: vna quia aderant Græci, quibus ignota erat lingua Latina: aderant item quibus incognita erat Græca. altera cauſa propter vnanimitatem vtriuſq; populi. Qui mos apud Cõſtantinopolin vſq; hodie ſeruatur. Nec ab re eſt, q, in vnoquoq; ieiunio tres dies ſunt, quia vnũquodq; tempus tres menſes habet, pro vnoquoq; menſe ſinguli dies ieiunio cõſecrantur, & cur in Sabbatho potiſs. hæc conſecratio celebretur, Auguſtinus ſcribit ad Ianuarium ita: Sabbathum cõmendatum eſt priori populo in otio corporaliter celebrandum, vt figura eſſet ſanctificationis in requie ſpiritus ſancti. Scriptum eſt enim: Significauit Deus diem ſeptimum, & quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum, commemoratur ſanctificatio in ſeptimo die. Epiſcopi verò cõſecratio qui eſt vicarius Apoſtolorum, imò & Chriſti, fit in Dominica, quia eodem die per donum ſpiritus ſancti dignatus eſt illuſtrare corda Apoſtolorum. Sabbatho igi-

Lectionum in Sabbatho Pentecoſtes origo.

Sacerdotũ & Sacrorũ ordinũ inauguratio.

tur quatuor leguntur lectiones, quando benedictio largitur, quia quatuor ſunt ordines bene dicentiũ Dominũ, vt illud Dauidis: Domus Iſrael benedicite Dñm, id eſt, Iſraeliticus populus, domus Aarõ, id eſt, prælati, domus Leui, id eſt, miniſtri Dei, qui timẽt Dñm. De cæteris nationibus imbuũtur ordinãdi ad exẽpla ſanctorũ quatuor ordinum, patrũ. Proxima lectio ordinationi de Camino ignis legitur, quia nõ poteſt ritè homo ad conſecrationem accedere, niſi prius tranſeat per fornacem, & benedicat Dominum, vt illud: Vaſa figuli probat fornax & reliqua. Quapropter debent tranſire per fornacem, quod ſonat lectio quinta, vt ſic probati accedere ad ſacrum myſterium valeant, ſicut legitur in ſexta lectione. Scientes quod tribulatio patientiam operatur, & reliqua. De reſpõſorijs non eſt neceſſe aliud dicere, quàm quod ſingulis lectionibus reſpõſoria ſingula reſpondeant. Grauitatem quã debet ſacrarius ſeruare, & tractus monſtrat, ne forte inſuper elatus incidat in laqueũ diaboli. Tract9 enim ſemp in cauſa humilitatis ponitur. Per ſingulas oratiões debem9 mentis humilitatẽ per genuflexionẽ oſtendere, excepto infra Pentecoſten. In ſola, de camino ignis, nõ flectimus genua, quãdo Nabuchodonoſor cõpellebat populũ adorare ſtatuã, quã fecerat, vt ſeparata ſit noſtra oratio, quæ eſt ad vnũ Dominũ ab errore Gentium. Oratio poſt cõmunionem ſuper populum non habetur, quia iſtud officiũ frequenter circa noctem Dominicam ſolet finiri, in qua minimè genu flectitur.

Ceremoniæ poſt ferias Pẽtecoſtes.

Ideo

Ideo tres miſſæ celebrantur in feſtiuitate S. Ioannis, quia tribus inſignibus triumphis excellenter refulſit. Ad hoc enim venit, vt viam Domino præpararet, exemplo ſuæ conuerſationis, qui triũphus celebratur in vigilia eiuſdem. Per miſterium baptiſmi claruit inſignis. Huius myſterij triumphus in prima miſſa recolitur. Nazereus permãſit ex vtero matris, hoc donũ recolitur in die.

Tres miſſæ olim in feſtiuitate S. Ioh. Baptiſtæ.

Scriptũ eſt in geſtis Pontificalibus, quod S. Bonifacius Papa quandam domum Romæ Pantheon nomine, quæ erat conſecrata in honore omnium dæmoniorum, eliminatis omnibus ſpurcitijs ſacrauerit Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis, omniumq; ſanctorum. Vnde conſtituit vt plebs vniuerſa per totum orbem in Calendis nouembribus, ſicut in die natalis Domini ad Eccleſiã in honore omnium ſanctorum, ad miſſarum ſolemnia conuenire ſtudeat, illud attendentes, vt quicquid fragilitas, per ignorantiam aut negligentiam in ſolemnitatibus Sanctorum minus plene peregiſſet, in hac ſancta obſeruatione ſolueretur.

Sacra in Pãtheo Romæ quod hodie ad S. Mariã rotundam vocatur.

Quatuor coronatorũ nomina hæc ſunt: Seuerus, Seuerianus, Victorinus, & Carporus. Quatuor nomina, & dies natalis per incuriam neglectus minimè reperiri poterat, ideo ſtatutum eſt, vt in eorum Eccleſia quinq; cæterorũ Sanctorum qui in miſſa recitantur, natalis celebretur: id eſt Claudij, Nicoſtrati, Simphoriani. Caſtorij atq; Simplicij, vt iſtis eorum quoq; memoria pariter fieret, poſtea verò nomina reuelata

Feſtiuitas quatuor Coronatorũ.

uelata ſunt. Solemnitas tamen vt ſtatuta fuerat in aliorum ſanctorum nomine celebris permanſit.

ORDO AD VISITANDVM INFIRMVM ſeu vnguendum ex Concilio Nicæno.

Vnctionis origo. Iacobus Apoſtolus dixit: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros & orent ſuper eũ, vnguentes eũ oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Quod non eſt dubiũ de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere qui ſancto oleo perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectum eſt, non ſolum ſacerdotibus ſed omnibus vti Chriſtianis in ſua aut ſuorum neceſsitate ad vngendum. Nam idcirco presbyteris conceſſum eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterum ſi Epiſcopus poteſt, aut dignũ ducit à ſe infirmum viſitandum & benedicendum, & tangendum Chriſmate, ſine cunctatione poteſt cui velit ipſum chriſma conficere. *Vnctionem poſtremum eſſe ſacramentum.* Nam pœnitentibus iſtud fundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Quibus autem reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur eſſe concedendum? hac auctoritate promulgata quotienscunq; fidelis infirmatur, ingrediuntur fratres ad ægrotum cum aqua benedicta, & cum cereis ſiue incenſo ante oleum ſanctum, & peragunt omnia, ſicut in ſacramentorum libro continetur.

Ita ergo talium neceſsitati auxiliandum eſt,

vt

vt nec ratio illis pœnitentiæ nec communionis gratia denegetur. Si etiam amiſſo vocis officio, per iuditia integri ſenſus quęrere comprobētur. Quod ſi ita ægritudine fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poſcebant ſub præſentia ſignificare non poſsint, teſtimonia eis fidelium prodeſſe debebunt, ſimul & tamen pœnitentia & reconciliatio beneficium conſequantur.

De his qui ad exitum veniūt etiam nunc lex antiqua regulariſq; ſeruabitur, ita vt ſi quis egreditur de corpore vltimo, & neceſſario viatico minimè priuetur. Quod ſi deſperatus ſit & conſequitur cōmunionem, oblationiſq; factus particeps iterum conualuerit, ſint inter eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni in exitu poſito, & poſcenti ſibi communicationis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit. Horum vero cauſa qui ſine cōmunione ſunt defuncti, Dei iudicio reſeruāda eſt, in cuius manu fuit vt talium obitus, vſq; ad cōmunionis remedium differatur. Nos autem quibus * videntibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.

Eucharistiæ circa mortem vetuſtas.

** Viuentibus.*

QVOMODO MORITVRVS olim prouidebatur.

Vēra ergo ad Dominum cōuerſio in vltimis poſitorum, mente potius eſt æſtimanda quam tempore: propter hoc Domino taliter aſſerente. Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Cum ergo Dominus ſit cordis inſpector, quouis

Qualis eſſe debeat confeſsio circa moriturū.

uis tempore non eſt deneganda pœnitentia po ſtulãti, cũ illos obliget iudiciũ cui occulta om nia nouerit reuelari. Poſt iſtas ſacratiſs. definitiones, quando aliquis Chriſtianus articulum mortis perſenſerit imminere, primitus renouet confeſsionem ſuam cum puritate ac omni fiducia, deinde diſtribuat omnia quæ poſsidet, poſt hæc dimittat omnibus, qui in ſe peccauerũt, & reconcilietur. Tunc poſtulet miſſas & oblationes ſeu communionem ſanctam. Qua percepta & iã ſi ipſo die comedit, mutet habitum in cilicio & cinere ſeu viliori indumento. Et tunc ingrediantur fratres cum omni grauitate, vel cæteri fideles cum aqua benedicta & cruce, & cum cereis ſeu incenſo dicentes, Kirieeleiſon, Chriſteeleiſon ter repetendo. Poſt hæc dicat ſacerdos: Ad vitam æternam reſuſcitet eum Dominus & miſertus ſit noſtri. Tunc canendi ſunt ſeptem pſalmi pœnitẽtiales cum letanijs, prout tempus permiſerit. Interim verò legantur paſſiones Dominicæ ante eum, ſeu aliæ ſcripturæ ſacræ. His finitis ſequitur Antiphona, Antequã naſcerer. Pſalmus: Domini eſt terra, cum repetitione, & dicitur ter Kirieeleiſon vt ſupra. Deinde Sacerdos: In ſinu Abrahæ collocet eum Dominus, & miſertus ſit noſtri. Sequitur oratio ad cõmendandã animã. De his ita Aug. in libro de cura gerẽda. Ordo defunctorũ pro mortuis. & in libro Ciuitatis Dei. Qui facit, inquit, exequias mortuorũ, ob amorẽ illius facit, qui ꝓmiſit corpora reſurrectura, neq; enim contẽnenda ſunt & abijciẽda corpora defunctorũ, maximè fide-

Ceremoniæ & instructio moriturorum.

Aquæ benedictæ vetuſtas.

Exequiarũ vetuſtas.

fidelium, quibus tanquam organis & vaſis ad omnia opera bona vſus eſt ſpiritus ſanctus. Vnde & antiquorũ fidelium funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, ac ſepulturæ prouiſæ. Ipſiq; cũ viuerent de ſepeliendis ſeu transferẽdis ſuis corporibus filijs mandauerũt, & Tobias ſepeliendis mortuis Dominũ promeruiſſe commendatur. Ipſe Dñs die tertia reſurrecturus glorioſe mulieris bonum opus prædicit prædicandũ, & Ioſeph qui eũ ſepeliuit, mirè collaudatur. Ac ideo pro noſtris defunctis certare debemus, quatenus poſsint participes fieri eorũ, quos Chriſtus à clauſtris reuocauit inferni. Simili etiá modo celebram' officia pro ipſis, quoniá celebrantur in illis diebus, qñ Chriſtus deſcendit ad inferna, in quibus & creditur mortuus. Deniq; in aliquibus locis generaliter pro omnibus defunctis omni tẽpore excepto Pẽtecoſtes & feſtis diebus oratur in officio veſpertinali, in aliquibus quotidie pro eis miſſa celebratur. In Calendis etiam diebus ſeu anniuerſarijs per nouẽ pſalmos, & reſponſoria ſeu lectiones, ſimili modo officia perſoluuntur, & ideo iuxta Auguſtinum nõ prætermittẽdæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorũ, quæ faciendæ pro omnibus Chriſtianis fidelibus etiam tacitis nominibus, quorum ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia, vt quibus iſta deſunt parentes aut filij, aut qualeſcunque cognati, perſonæque vel amici, ab vna eis exhibeatur matre communi. Si autem deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiunt recta & pia fide pro mortuis

Anniuerſariorũ origo.

Officia pro defunctis Eccleſiæ.

tuis, puto quod nihil prodeſſet ſpiritibus eorum, ſi quamlibet locis ſanctis ex anima corpora ponerentur. Quapropter rite celebrantur illi tres dies generaliter ab omnibus infra trigeſimam, qui vocatur tertius, ſeptimus atque triceſimus. De tertio enim die ſeu ſeptimo ita habetur in libro Numerorũ: Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc fuerit immũdus, ſeptẽ diebus aſpergatur aqua luſtrationis die tertia, & ſeptima, & ſic mũdabitur. Immunditia hæc pro tactu cadaueris animam pollutam ſignificat operibus mortuis, & quia neglexit cultum Dei, in cogitatiõe, in vita, & in intellectu humiliter cõfitendo, offerimus ſacrificium Deo tertia die, quatenus ab his peccatis purgetur. In expiatione verò diei tertij commendati defuncti, poſſumus ad memoriam reducere tertiam diem reſurrectionis Domini, in qua deuotius eſt generaliter ſupplicandum. De ſeptimo vero die habemus authoritatem in libro Geneſeos, mortuo etenim Iacob in Ægypto, & trãſlato Ioſeph trans Iordanem cum comitatu maximo, celebrauerunt ibidem exequias cũ planctu magno, & fecerunt ſeptem dies, & alibi: Luctus mortui ſeptem dierum, fatui autem omnes dies vitæ eius. Quod autem apud aliquos nonus dies celebratur, & vocabatur Nouendialis, Auguſtinus in libro Quęſtionum redarguit, maximè cum nullus ſanctorum hoc feciſſe probatur, cũ ſit conſuetudo Gentilium. Sane ſeptimus dies in Scripturis authoritatem habet, quia ſeptenarius numerus propter Sabbathi ſacramentum præci-

Tertij, ſeptimi & triceſimi exequiarũ origo.

præcipuè quietis inditiũ eſt. Vnde meritò mortuis tanquam quieſcentibus exhibetur. De triceſima die, ſcriptum eſt in libro Numerorũ: Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo quadraginta diebus, & Moiſen fleuerunt filij Iſraël in campeſtribus Moab triginta diebus. Dauid & filij Iſraël ieiunauerunt pro Saul, & planxerunt eum planctu maximo. Et in libro Sapientiæ de tertio, ſeptimo, atq; trigeſimo die. Fili in mortuũ produc lachrymas, & poſt pauca. Propter delaturam vno die amare luctum illius, & iterum: fac luctum ſecundũ meritũ eius vno die, vel duobus propter detractionem. Vbi primo dixit propter delaturam vno die fieri luctum, & poſtea propter detractionem vno vel duobus, tres dies introduxit in luctum. Quapropter & nos pro valde chariſsimis ieiunare ſeu eleemoſynas facere, atq; interius pro eorum reatibus flere debemus, vt quod illi in vita debuerunt facere, & non fecerunt, ſaltem nos pro illis cum Dei auxilio adimpleamus. Interea dicunt aliqui, vtrum pro omnibus Chriſtianis licitum ſit miſſas celebrare. Hinc Aug. Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuẽtium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatori offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, hæc ſibi vt poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt his

Eleemoſynæ pro defunctis.

hæc non requirant, & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cum ab hac vita tranſierit, adiuuari. Quapropter oportet pro omnibus regeneratis iſta facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſsint & debeant peruenire. Præſertim cum quidam ab hoſtibus captus, vinculisq; ferreis mãcipatus, à quodam ſeruo Dei ſcilicet germano ſuo vt putabatur mortuus, celebratis pro eo quotidie miſsis more mortuorum ſæpiſsimè vincula ſoluerentur, à quibus poſtea abſolutus eſt. Sed & hoc notandum, quia quod miſſæ mortuorum abſq; gloria & Alleluia ſeu pacis oſculo celebrantur, quod eſt indicium lætitiæ, ad imitationem agitur officiorum, quæ aguntur in morte Domini. Poteſt hoc addiſci in Homilia Origenis quinta libri Leuitici vbi dicit: Sacrificium pro peccato nõ fit in oleo, dicit enim, nõ ſuperponit ei oleũ brumã pro peccato eſt. Quod ergo ꝓ peccato eſt, nec oleũ lætitiæ, nec thus ſuauitatis imponitur, ac ideo abſq; gloria & Alleluia celebratur, quia ſine oleo & thure Romani in veſpertinis ſeu vigilijs atq; matutinis defunctorum tres tantummodo pſalmos recitant, ſcilicet ob ſepulturam triduanam Domini. At hi qui per nouenarium numerum, ſicuti eſt in Calendarum diebus ſeu anniuerſariorum recolunt, figurant illa officia nocturnalia quæ in paſsione Domini ritè celebrãtur. Anniuerſaria dies ideo repetitur defunctis quoniam neſcimus qualiter eorum cauſa habeatur in alia vita:

Elegans hiſtoria quòd exequiæ mortuis pro ſint.

Miſſæ exequiarũ quales.

Vigiliarum origo pro mortuis.

Anniuerſariorũ origo.

ITEM

ITEM BREVITER DE TERTIA, SEPTIMA ET TRICESIMA die pro defunctis.

Tertia dies ſpecialiter pro animæ abſolutione celebratur, quia videlicet triplicis eſt naturæ, iraſcibilis, concupiſcibilis, & rationalis, & quia ingenio viget, intellectu & memoria. Propter hoc igitur ſacrificium die tertia peragitur, vt ſi quid temulentum ex carnis cohabitatione cõtraxit, obliteretur: & ſanctę Trinitatis ſimilitudo reparetur. Dies ſeptim⁹, nihilominus officijs deputatur eiſdẽ, vt anima ſuo corpori recõcilietur: ſeptenarius nãq; numerus ex ternario conſtat & quaternario, & ternarius animæ tribuitur, quaternari⁹ corpori deputatur, propter quatuor notiſs. quib. cõſtat humores. Eſt ergo quaſi quædã rixa corporis & animæ, quæ carne illiciente, eamq; ſuis illecebris attrahente peccauit. Vt ergo anima ſuo corpori pacificetur, holocauſtum ſeptima die peragitur. Ad hæc fortè pertinet, quod in libro Eccleſiaſtico dicitur: Luctus mortui ſeptẽ dies, luctus autẽ fatui omnes dies, eius vitæ. Hæc de tertia & ſeptima die, autoritatiuè quædam breuiter diximus. Cæterum idem de trigeſima die in Dialogorum libris legimus B. Gregorium præcepiſſe diebus triginta continuis pro quodã Monacho nomine Iuſto, ſibiq; neceſſario medico, quem ipſe ob ſcelus rei peculiaris damnauerat, miſſas & orationes percelebrari. Quibus expletis, diuina manifeſtum eſt reuelatione communioni ſanctorumque ſocietati redditam. Hæc ergo ſalutifera inoleuit

Tertij diei exequiæ.

Septimi diei exequiæ.

Triceſimi diei exequiæ.

conſuetudo, vt trigeſimæ dies defunctorum, de uotis frequententur officijs. Poſſumus etiam, & hic autoritatis aliquid adhiberi, nam Aaron primum ſacerdotum triginta diebus legitur fle uiſſe populus. Sunt qui dicunt hoc agi pro perfectione tricenarij numeri, nam Dominus triginta annorum ætate baptiſatus eſt. Et Dauid triginta annorum regni ſuſcepit gubernaculū. Primum etiam hominem in triginta annorum ætate creatum Doctores aſſerunt, & noſtra corpora in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, credimus & ſperamus reſurrectura: multaque extant alia huius rei myſteria. Celebratur ergò dies triceſima, vt in anima incorruptionis renouetur iuuentus, & corpus quod in humilitate ſepultum fuerat, reſurgat in gloria, configuratum corpori claritatis Chriſti.

Cleri origo & etymō. Cleros Græcè, Latinè ſors dicitur vel hæreditas Domini. Qui ergo ad clericatus ordinem peruenit, Dei hæreditas eſſe debet, quia hoc debet ſemper præuidere, vt Dominum poſsideat, & ipſe à Domino poſsideatur, vt poſsit dicere cum Pſalmiſta: Dominus pars hæreditatis meæ. Legimus in veteri teſtamento Dominum dixiſſe ad Moiſen: Filijs Leui non dabis hæreditatem, ego enim ero hæreditas illorum. Inde clerici dicti, eo quòd de ſorte Dei & hæreditate ſint, ſi regulariter viuunt. Si autem non viuunt regulariter, ſicut maximè clerici, qui totum Laicalem habitum ſequuntur cingentes arma, & cætera facientes, quæ ordo Canonicus prohibet, illi tales non ſunt clerici. Quid ergò *Vita clerici qualis eſſe debeat.*

ſunt?

ſunt? Acephali, id eſt, ſine capite religionis. Canon Græcè, Latinè regula, eo quòd recto tramite ducat hominem ad cœleſtem patriam, & inde canonicus, regularis, eo quòd regulariter debeat viuere, id eſt, rectè in ſancta Eccleſia. *Canonici quales eſſe debeant.*

Oſtiarius ab oſtio Eccleſiæ dicitur, quod ita debet præuidere, ne vllo modo paganus ingrediatur Eccleſiam, quia ſuo introitu polluit eã. Debet etiã cuſtodire ea quæ intra Eccleſiã ſunt, vt ſalua ſint. *Oſtiarij officium.*

Lector dicitur à legendo, eo quòd miniſterium legendi habeat in Eccleſia. *Lectoris officium.*

Acolitus Græcè, Latinè Ceroferarius, id eſt, cereum ferens. illorum officium eſt, vt deportent cereos, quando legitur Euangelium in Eccleſia, & quod neceſſe eſt tunc lucem temporalem ineſſe cum dies ſit & ſatis videatur, vt demonſtretur, quod de tenebris infidelitatis venimus ad lucem fidei. *Acoliti officium.*

Exorciſmus Græcè, Latinè dicitur ſermo adiurationis ſiue interpretationis, & inde exorciſta, adiurator. Illorũ officium eſt, vt ponant manus ſuper Dęmoniacos, & per inuocationẽ nominis Dei repellant Dęmones ab eis, dicentes: Adiuro te immunde ſpiritus per Dominũ patrem & filiũ & ſpiritum ſanctum, vt recedas ab hoc famulo Dei. Iſtud miniſterium, vt Canones dicunt, nemo debet vſurpare, niſi qui idem officium habent, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus, aut exorciſta. *Exorciſtæ officium.*

Subdiaconus, ſubminiſter, eo quòd ſub Diacono ſit, id eſt, ſub miniſtro illius miniſterium, *Subdiaconorum officium.*

vt miniſtret Diacono,id eſt, deferat ei linteum ſuper quod conſecrandum eſt corpus, & ſanguis Domini. Deferat ei patenam cum oblatis. & calicem in quo vinum & aqua habeatur, quia de latere Domini proceſsit ſanguis & aqua.

Diaconi officium. Diaconus Græcè, Hebraicè Leuita, Latinè aſſumptus vel miniſter interpretatur. aſſumptus, quia aſſumitur, id eſt, eligitur ad ſeruitium altaris. miniſter quia miniſtrat Presbytero. Ponit linteũ in altare panem & calicem, quæ nec mittendi, nec auferendi habet poteſtatẽ Presbyter, ſi Diaconus adfuerit. Sicut Presbytero officium conſecrandi competit, ita Diacono miniſtrandi.

Preſbyteri officium. Presbyter Græcè, Latinè Senior dicitur, non propter ſenectutẽ, ſed propter dignitatẽ, honorẽ & ſapientiã: quia quicũque Presbyter eſt, ſapiens eſſe debet, vt intelligat ea quæ legit, intelligat orationes quas dicit, & diurnis temporibus & nocturnis, intelligat ea quæ cantat in miſſa. Verè dignum & iuſtũ eſt, Te igitur, Pater noſter, id eſt, omnia cũ ſymbolo. Adam vixit annis D. CCCC^{us}. XXX^{ta}. Noë D. CCC^{us}. & nemo illorũ appellatus eſt ſenex, Abrahã verò qui ad cõparationem illorum perpaucũ vixit tempus, videlicet C. LXV. appellatus eſt ſenex, quare? Quia ſapientior illis fuit.

Sacerdos Græcè, Latinè dicitur ſacrum dãs, id eſt, ſanctum ſacrificium offerens Deo.

Epiſcopi officium. Epiſcopus Græcè, Latinè dicitur Superintendens, ἐπὶ ſuper, σκοπεῖν intendere. hinc Epiſcopus

ſcopus ſuperintendens, id eſt, ſuper videns: quia ipſe debet ſuperuidere vitam ſubiectorum ſuorum, qualiter credant, qualiter viuant, qualiter Dei præcepta cuſtodiant. Antiquis temporibus in ſingulis ciuitatibus erant turres altiſsimæ conſtructæ, vnaquæque ciuitas habebat ſuam turrim, in qua ſtabat ſpeculator aſſiduè, vt à longè poſſet aſpicere ſi exercitus veniret ex aliqua parte, ſi videret exercitũ venientem nũtiaret ſtatim Regi, & præparabãtur omnes ad bellum contra hoſtem illũ. Speculatoris illius ſimilitudinem gerit modò Epiſcopus. quia ſicut ille ſtabat in altitudine turris, ſic Epiſcopus vel Presbyter debet conſiſtere in altitudine virtutum. Sicut enim illa turris cæteras domos excellebat, ſic Epiſcoporum & Presbyterorum vita, debet excellere vitam ſubiectorum: & ſicut ille ſpeculator nuntiabat aduentum hoſtis, vt ſemper viderent ciues, ſic Epiſcopi & Presbyteri debent annuntiare populis ſibi ſubiectis aduentum nequiſsimi hoſtis diaboli, vt ſemper videant, ne eius laqueo capiantur. Speculatores animarum dedit Deus Epiſcopos, & Presbyteros, iuxta quod ipſe dicit ad Ezechielem Prophetam: Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël.

Quare munus ſpeculãdi in Eccleſia habeãt Epiſcopi.

Antiſtes quaſi anteſtãs, id eſt, ante aram. Vnde quidam Antiſtitem dicere volũt, melius tamen dicitur à verbo, anteſto, anteſtas, quod ſignificat emineo, excello: eo quòd vniuerſum populum dignitate & honore ſupereminent.

Antiſtes vnde.

Pontifex,quaſi pontem faciens,eo quòd pōtem,id eſt,viam alijs præbere debeat, verbo & exemplo, vnde homines tranſeant ad patriam cœleſtem. Pons autem eſt tabulatum,quod fit ſuper aquas.

Mos eligendi Episcopum ſecundum veteres.

Cum Epiſcopus ciuitatis fuerit defunctus, eligitur alius à clero ſeu populo,fitq; decretum ab illis, & veniunt ad Apoſtolicū cum ſuo electo deferentes ſecū ſuggeſtionem, hoc eſt,rogatorias literas,vt eis conſecret Epiſcopum. Tunc pontifex iubet eū inquiri de quatuor capitulis canonicis,hoc eſt de* Arſano quita pro ancilla Deo ſacrata, pro quadrupedibus, aut ſi coniugē habuit ex alio viro, quod Græcè dicitur δευτερογαμία, & de his inculpabilis inuentus fuerit, iurat Archidiacono ſuper quatuor Euangelia, deinde confirmat ſuper corpus B. Petri de his inculpabilē ſe fore. Similiter Presbyteri & Diaconi. Poſt hæc reſidente Pōtifice, & aſtante vniuerſo clero,interrogat eos,qui illum adduxerūt de cōuerſatione ſua,ſeu quot annos in vnoquoque gradu miniſtrauit. Deinde interrogat eum, ſit ne de ipſa Eccleſia,aut de alia. Et ſi de alia eſt, interrogat vtrum habeat dimiſſoriā ab Epiſcopo ſuo. Quę oſtenſa recitatur in medium. Quo facto ſubiūgit pōtifex, Quid vobis complacuit de eo? Reſpōdeant,caſtitas,hoſpitalitas,benignitas, & omnia bona quæ Deo ſunt accepta, & pōtifex; Videte fratres,ne aliquā promiſsionem feciſſet vobis: ſcimus quòd Simoniacum eſt & cōtra Canones. illis reſpōdentibus. Abſit à nobis, introducitur electus ante pontificem, proſtrato

Confirmatio Epiſcopi à Romano Pontifice.

ſtrato eo in terram. Cui Apoſtolicus, Protegat nos Dominus,& tunc interrogat de ſuis ordinibus,atq; inſtruit de canonica autoritate & dicit: Quoniã in te bona conueniunt,hodie abſtinebis,& craſtina Deo iuuante cõſecraberis, & tũc egreditur foras. Alia verò die quæ eſt Dominica procedit põtifex in Eccleſiam cũ omni ornatu, præſtolante eum vniuerſo clero atq; populo. Quia verò in Dominica ordinatur, & reliqui miniſtri in Sabbatho, ſupra ſcriptũ eſt. Ingrediẽte Apoſtolico in ſecretarium inchoat ſchola, adiutorium, Antiphona in ordinatione põtificis, cõpleto introitu. non dicitur tum Kirieeleiſon, ſed mox dicit Apoſtolicus orationẽ Cantantibus RG. egredietur Archidiaconus cũ ſubdiaconis & acolitis, & induit electum dalmatica ſeu alia, & introducit eũ, & Põtifex, clerus vniuerſus, & plebs conſentiens ciuitatis cum adiacentijs ſuis elegerunt ſibi illũ Presbyterum, vel Diaconum, epiſcopum ſibi cõſecrari. Oremus itaq; nos pro eodem viro, vt Deus & Dominus noſter tribuat ei cathedrã epiſcopalem ad regendã Eccleſiam ſuam, & plebem vniuerſam. Deinde inchoat ſchola Kirieeleiſon cum Letania, proſtrato Domino Apoſtolico in terrã ante altare cũ ipſo electo, & Epiſcopis ac ſacerdotibus. Finitis letanijs ſurgunt, & benedicit eum. Illud verò, quod Epiſcopi tenent codicem Euangeliorũ ſuper caput eius, & vno fundente ſuper eum benedictionem, reliqui qui adſunt Epiſcopi, manibus ſuis ſuper caput eius tangunt, non reperitur in autoritate veteri, neque noua, ſed

neque in Romana traditione. Sed & hoc ſcien dũ,quia reliqui miniſtri poſt Antiphonã ad introitum,& orationẽ tunc ordinantur,Epiſcopi verò poſt reſponſoria cantant. Quod autem aliqui poſt Euangelium cõſecrant Epiſcopum, non dicit vllus ordo. Ad communicandum vero pontifex porrigit ei formatam atq; ſacram oblationem. Qui accipiens communicat ſuper altare, cętera vero reſeruat ſibi ad communican dum vſq; ad dies quadraginta. Poſtmodum ex præcepto Apoſtolici communicat omnem populum. Qualis eſſet antiquitus conſecratio Epiſcoporum,oſtendit Hieronymus in Epiſtola ad Euangelium, Alexandriæ,inquiens,à Marco Euangeliſta vſq; ad Eradam & Dionyſium Epiſcopos,presbyteri ſemper vnũ ex ſe electum in excelſiori gradu conſtitutum vel collocatum Epiſcopũ nominabant, quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, & Diaconi eligant de ſe quem induſtrium nouerit, & Archidiaconum vocent. Archidiaconus eandem cõſecrationem habet quã ceteri Diaconi, ſed electione fratrum præponitur. Item Hieronymus ſuper Epiſtolã ad Titum. Antequã ſchiſmata in religione fierent, & diceretur in populis, ego ſum Pauli, & cętera, communi presbyterorum conſilio Eccleſia regebatur, poſtquam verò vnuſquiſq; quos baptiſabat, ſuos eſſe dicebat nõ Chriſti: in toto orbe decretum eſt,vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis cura Eccleſiæ pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerẽtur. Curà tribus vel quatuor Epiſcopis

Conſecratio Epiſcoporum ſecũdum Hieronymum.

Elegans ratio ſecundũ Hieronymũ quare ab vno Epiſcopo tota regi Eccleſia debeat, quod hodierni ſchiſmatici diligenter aduertant.

ſcopis Epiſcopus ordinetur, Gregorius docet. Tales, inquit, conueniant, qui vel in profectu Epiſcopi ordinati gaudeant, vel pro eius cuſtodia omnipotẽti Deo preces effundant. Quare prohibitum ſit vni hoc facere, Innocentius papa mõſtrat in Decretalibus cap. nono, ne vnus Epiſcopum ordinare præſumat, ne furtiuum beneficium præſtitum videatur. Auguſtinus in libro de quantitate animæ verſum Horatij de ſapiente protulit.

A quo Epiſcopis Epiſcopus debeat conſecrari.

Fortis & in ſeipſo totus teres atque rotundus.

Hinc ſequitur & rectè, nam neq; in animo bono quicquam inuenis, quod magis ſibi ex omni parte conſentiat, neque in planis figuris quàm circulus. Superiorem capitis partem raſorio renouamus, cũ forti ſollicitudine ſuperfluas cogitationes ab animo reſecantes, in inferiori parte coronam portamus capillorum, cum ea quæ ſecundum mundũ neceſſariò gubernanda, ſunt cum ratione cõcorditer coëquamus.

Cur in capite tõſuram Sacerdotes gerant, & Epiſcopus maiorem.

De veſtimentis ſacris.

Sandalię dicũtur ſoleæ. Eſt autem genus calciamenti, quo induuntur miniſtri Eccleſiæ, ſubterius quidem ſolea muniens pedes à terra, ſuperius verò nil operimenti habẽs, patet, quo iuſſi ſunt Apoſtoli à Domino indui. Significat autem miniſtrum verbi Dei non debere terrenis incumbere, ſed potius cœleſtibus inhiare, & prædicationem ſuam nulli occultare.

Sandaliæ Epiſcoporũ

Poſt ſandalias in Eccleſiæ veſtimentis, ſequitur, Superhumerale, quod fit ex lino puriſſimo

Superhumerale Epiſcopi.

mo. Per linum quod extra ſumitur, & per multos labores ad candorem ducitur, deſignat corpus humanum, quod ex terra conſtat, ſicut ergo linum per multos labores ad candidatem perducitur, ita corpus humanum multis calamitatibus attritum, candidum & purum eſſe debet ab omni ſorde peccatorum.

Alba Epiſcopi. Poſt ſequitur poderis, quæ vulgo alba dicitur. Significat autem perſeuerantiam in bona actione. Hinc Ioſeph inter fratres ſuos, talarem tunicam habuiſſe deſcribitur. Tunica vſq; ad talum eſt bonum opus vſq; ad cõſumationẽ, in talo enim finis eſt corporis. Ille ergo bene inchoat, qui rectitudinem boni operis vſque ad finem debitæ perducit actionis. Qui enim perſeuerarit vſq; in finem, hic ſaluus erit.

Zona Epiſcopi. Deinde ſequitur zona, quæ cingulum dicitur, qua reſtringitur poderis, ne laxè per pedes diffluat. Per quam deſignatur diſcretio õnium virtutum, virtutes enim ſine diſcretione, nõ virtutes, ſed vitia ſunt, nã virtutes in quodam mediocritate ſunt conſtitutæ.

Stola. Sequitur orarium. Orarium eſt vel dicitur ſtola, eo quòd oratoribus id eſt prędicatoribus cõcedatur. Admonet illum, qui illo induitur, vt memor ſit ſub iugo Chriſti, quod leue & ſuaue eſt, eſſe ſe conſtitutum.

Dalmatica Dalmatica quæ ſequitur ob hoc dicitur, eo ꝙ in Dalmatia ſit reperta. Vſus aũt Dalmaticarũ à B. Silueſtro papa inſtitutus eſt, nã antea colobijs vtebãtur. Colobiũ verò eſt ſine manicis veſtis. Significat autem in eo quod eſt ſine manicis

nicis, vnumquemq; fidelem exercitatum eſſe debere ad bona opera exercenda. Cum ergo nuditas brachiorũ culparetur vt diximus à B. Silueſtro Dalmaticarũ repertus eſt vſus. Eſt autẽ veſtimentũ in modum crucis, monens indutorem ſuum crucifixum eſſe debere mundo iuxta Apoſtolum, Mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mundo.

Dalmaticæ veſtis deſcriptio, dubium an extet.

Habet etiam in ſiniſtra parte fimbrias. Per fimbrias, quæ ſiniſtra parte geſtantur, præſens vita figuratur, quæ diuerſis curis abundat. Per dexterã quę fimbrijs caret, futura vita exprimitur, in qua nullæ curæ ſollicitant animas ſanctorum. Inconſuta etiam eſt, quia in Eccleſia vel in corde vniuscuiuſq; fidelis, nulla debet eſſe ſciſſura, ſed indiſciſſa fidei integritas. Siniſtrum latus habet fimbrias, quia actualis vita ſollicita eſt, & turbatur erga plurima. At dexterũ latus non habet, quia contemplatiua vita nihil in ſe ſiniſtrũ habet. Largitas brachiorum, largitatem & hilaritatem ſignificat datoris. Diaconus qui nõ eſt indutus Dalmatica, Caſula circũcinctus legit, vt expeditè poſsit miniſtrare, vel qa ipſi⁹ eſt ire ad comitatũ ꝑpter inſtãtes neceſsitates.

Caſula hodie tunica Leuitarũ.

Mappula Sudorum.

Mappula quæ in ſiniſtra parte geſtatur qua pituitam oculorũ & nariũ detergimus, præſentem vitam deſignat, in qua ſuperfluos humores patimur. Caſula quæ ſuper omnia indumẽta ponitur, ſignificat charitatem quæ alias virtutes excellit. De qua Apoſtolus commemoratis quibuſdam virtutibus ait: Maior autem horum eſt charitas.

Pallium

Pallium Archiepiſcoporum.

Pallium Archiepiſcoporum ſuper omnia indumenta eſt, vt lamina in frõte pontificis. Palliũ nihil eſt aliud, niſi diſcretio inter Archiepiſcopum & eius ſuffraganeos. Pallium ſignificat torquem, quem ſolebant legitimè certãtes accipere. Hoc etiam erant laminæ illæ, vt dixi, quas ſummus põtifex circa tẽpora ferebat, in quibus ſcriptum erat nomen Dñi, tetragrammaton, id eſt, quatuor literarũ, Ioth, He, Vau, & Heth. Eſt autem interpretatio Ioth principium. He iſta, Vau vita, & Heth, paſsio, id eſt, iſte eſt principiũ paſsionis vitæ. Paſsi igitur ſunt multi ante Chriſtum, ſed nemo eorum per ſuam paſsionẽ hominib. vitã attulit. Chriſtus verò, cuius ſanguis in cruce fuſus eſt, pro totius mundi redemptione humano generi attulit vitam. Secundũ alium doctorem Ioth principiũ, He iſta, Vau & Heth vita interpretatur. Quod ita poteſt cõiungi, Iſte eſt principium & vita Chriſtus. Vocabatur autem hoc nomen ſanctum Domini. Vt etiam fecerunt laminam, id eſt, ſacrauerunt, ſcripſeruntque in ea ſanctum Domini, quod interpretatur ineffabile, non quod fari, ſed quod diffiniri, vt eſt, minimè poſsit. Stephanus natione Romanus ex patre Iobio vt legitur in geſtis Põtificalibus conſtituit ſacerdotibus, Leuitisq; veſtes ſacras in vſu quotidiano non vti niſi in Eccleſia. Hieronymus in libro 14. ſuper Ezechielẽ. Porro religio alterũ habitum habet in miniſterio, alterũ in vſu vitaq; cõmuni. Sudario ſolemus tergere pituitã oculorũ & nariũ, atq; ſuperfluam ſaliuã decurrentẽ per labia: ſignifi-

Laminæ tẽporales Sũmi Pontificis.

Veſtimenta Sacerdotũ extra ſacra.

Sudarium Sacerdotis.

gnificat ſtudium mundanæ cogitationis. In manu ſiniſtra portatur, vt oſtendatur in temporali vita tædium nos pati ſuperflui amoris. Varietas Sandaliorum, varietatem ſignificat miniſteriorum. Epiſcopi & ſacerdotis penè vnum officium eſt. At quia nomine & honore, diſcernūtur etiam & varietate Sandaliorum, vt viſibus noſtris error auferatur. Epiſcopus habet ligaturam in ſuis ſandalijs, quam non habet Presbyter. Epiſcopi eſt huc illucq́ue diſcurrere per parochiam, ne fortè cadant ſandalia de pedibus ligata ſunt. Presbyter qui domi hoſtias immolat, ſublimius incedit. Diaconus quia diſsimilis eſt Epiſcopo in ſuo officio, nō eſt neceſſe vt habeat diſsimilia ſandalia, & ipſe ligaturā habet, quia ſuū eſt ire ad comitatū. Subdiaconus qui in adiutorio Diaconi eſt, & pene in eodē officio, neceſſe eſt, vt habeat diſsimilia ſandalia, ne fortè Diaconus æſtimetur. Sandalia ſignificant quia prędicator neq; cœleſtia debet abſcōdere, neq; terrenis inhiare. Signorū vſus à veteri teſtamēto ſumptus eſt in lib. Numerorū, dixit Dn̄s Moſi: Fac tibi duas tubas argēteas ductiles, quibus cōuocare poſſes multitudinē. Officiū miſſę addidit Cęleſtinus Papa, & cōſtituit vt Pſalmi Dauidis C. L. an̄ ſacrificiū pſallerētur antiphonatim ex oībus, quod antea nō fiebat, niſi tantum Epiſtola Pauli recitabatur, & ſanctū Euangeliū, & ſic miſſa celebrabatur. Quod nos ita intelligimus, quia ex omnib⁹ Pſalmis excerpere antiphonas quæ pſallerētur in officio miſſæ, nā antea inchoabatur miſſa à lectiōe, Qui mos adhuc

Sandaliæ Epiſcoporū & ſacerdotū differentiam.

Campanæ templorū.

Miſſæ officium.

Miſſa vetus qualis.

Diaconorũ & ſubdiaconorum officium in miſſa.

huc retinetur in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes. Procedens pontifex in perſona Chriſti, ducit ſecum prophetam id eſt diaconum, qui annuntiant ex Euangelio futuram vitam, & ſapientes id eſt ſubdiaconi qui ſciunt vaſa Domini diſponere, & quid primo ferendũ ſit, quid poſterius, & ſcribas id eſt acolitos, qui accendunt corda fidelium ex ſcriptura. Procedit in thuribulo timiama, quod ſignificat corpus plenũ odore bono. Poſtquam præſentatus eſt Eccleſiæ, inclinatus ſtat in exemplum humilitatis Chriſti, in qua factus eſt obediẽs patri vſq; ad mortem. In ipſa eleuatione dat pacem miniſtris, qui dextra leuaq; ſunt. Ipſe eſt pax noſtra, per quam reconciliamur Deo. Eandem pacem offert cantoribus qui retrò ſtant. vt illud: Pacem meã do vobis, pacem relinquo vobis, præſentibus dat, abſentibus relinquit, hoc eſt quod ſolemus dicere innuit Epiſcopus cantori, qui mutat laudem de veteri in nouam, & incipit Trinitatem ſanctam laudare, & dicit Gloria patri, & Diaconi quaſi chorús Apoſtolorum ſtant cum eo humiliati, & dicunt: Domine doce nos orare. Inde viciſsim duo diaconi altrinſecus vadũt oſculari latera altaris. Quo oſculato demonſtratur pax, quam eis commendauit Dominus dicẽs: In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui. Altare corda electorum ſignificat. Deinde in memoriã paſsionis Chriſti, dicunt cantores verſum de Pſalterio. Pſalterium inferius percutitur, ſuperius reboat, & paſſio Chriſti ab inferiori parte percuſſuram, à ſuperiori

Thuribulũ in Miſſa.

Pax vobiſcum.

Gloria patri.

Oſculationis in altari origo.

Verſus ex Pſalterio.

periori dulcedinem reſurrectionis. Hinc oſculatur Euãgelium, in quo duo populi ad pacem redeunt. Deinde tráſit de dextera altaris. Liquet omnibus quod ſemper Chriſtus egit dexteram vitam poſtq̃ reſurrexit. Diaconi poſtea ſtant in ordine, vt illud: Si quis vult poſt me venire, &c. Epiſcopo aſcedente ad ſedẽ cereoſtata, de locis ſuis in ordinem vnius lineæ vſque ad altare. per Cereoſtata, ſignificantur dona gratiarũ, per quæ illuminatur Eccleſia. Vnius lineæ poſitio, vnitas eſt ſpiritus ſancti in ſingulis donis. Poteſt & ſimpliciter intelligi diſpoſitio cœreorum, expeditus curſus circa altare miniſtrandi. Teleſphorus natiõe Græcus ex Anacorita, cõſtituit, vt hymnus diceretur angelicus ante ſacrificiũ. Symmachus poſt Teleſphorũ quadrageſimus quintus, cõſtituit vt omni die Dñico, & natalitijs martyrũ idem hymnus cãtaretur. Ad orientem oramus, vt admoneatur animus ad naturã excellentiorẽ ſe cõuertere, id eſt, ad Dominum poſt laborem & opus miniſterij pontifex aſcẽdit ſedem in memoriam aſcẽſionis Dominicæ, & ſedent cũ eo quibus promiſit: Sedebitis ſuper ſedes duodecim. Per eos qui ſedent demõſtrantur mẽbra Chriſti in pace quieſcentia. Per eos qui ſtant in certamine poſita. Cãtor ſine aliqua neceſsitate tenet tabulas propter illud: Laudent nomẽ Domini in Choro, & reliqua. Hæc iubilatio quam ſequentiam vocant, illud tẽpus ſignificat, quando non erit neceſſaria locutio verborũ, ſed ſola cogitatione mens menti mõſtrabit, quod retinet in ſe. Anaſtaſius Papa inſtituit,

Euangeliũ ad dextrã caniturqua re.

Candelabrorum mutatio.

Gloria in excelſis.

Quare ad orientem orationes fiunt.

Sequentia.

Quare dũ Euangeliũ canitur oẽs ſtent. tuit, vt quotienſcunq; Euangelium legitur, ſacerdotes non ſederent, ſed circũſtarent. Diaconus portat Euangeliũ in ſiniſtro brachio, ꝑ qđ *Libri Euãgelici portatio.* ſignificatur tẽporalis vita, vbi prædicari Euãgelium neceſſe eſt. Duo cerei qui portantur ante *Quare duo cerei ante Euangeliũ ferantur.* Euangeliũ, legem & prophetam, deſignant præceſsiſſe aduentũ Chriſti. Thuribulũ opinionẽ virtutũ de Chriſto procedentem. Cantores more Leuitarum, qui omnia neceſſaria tabernaculi *Quare dum canitur Euangelium thymiama tũ odor diſſeminatur.* prouidebãt, quęrũt aquam ad fontẽ, & ſeruãt eam coopertã, vſq; ad tẽpus ſacrificij, & tũc eam mũdam offerũt. Sixtus papa cõſtituit adiectionem illã primęuo Hymno, id eſt, Sanctus, Sanctus, Sãctus. Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei *Sanctus, Sãctus, Sanctus.* 8. Sacrificium ergo viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacramentũ, id eſt, ſacrũ ſignũ eſt. Ab his perſo *Oſculorum in ſacrificio origo.* nis dãtur oſcula mutuò in Eccleſia, qui nulli titillationẽ libidinoſę ſuggeſtiõis cogũt excitare. *Agnus Dei* Sergius papa cõſtituit, vt tẽpore cõfractiõis Dominici corporis, Agnus Dei à clero & populo decãtetur. Triforme eſt corpus Chriſti, eorũ ſcilicet qui guſtauerũt mortem, & morituri ſunt. Primũ ſcilicet ſanctũ & immaculatum, quod ſumptũ eſt ex Maria. Alterũ quod ambulat in terra. Tertium quod iacet in ſepulchris. Per particulam oblatæ miſſæ in calicem, oſtenditur corpus Chriſti, quod iam ſurrexit à mortuis. Per commeſtam á ſacerdote vel populo, ambu- *Quare in tres parte frangitus oblatio.* lans adhuc ſuper terram. Per relictam in altari vſq; ad finem miſſæ, iacens in ſepulchro vſq; ad finẽ ſeculi omnis vir erat in terra. Verba Hiſtorici continẽtur in offertorio. Verba Iob ęgro

ti &dolentis continentur in verſibus. Ægrotus cuius anhelitus non eſt ſanus, neq; fortis, ſolet verba imperfecta ſæpius repetere. Officij auctor, vt affectant * nobis ad memoriã reduceret ægrotantẽ Iob, repetit ſæpius verba more ægroti. In offertorio, vt dixi, nõ ſunt verba repetita, quia hiſtoricus ſcribens hiſtoriã nõ ægrotabat. *Offertoriũ.*

DE SACRIFICIO MISSAE, VT noſtro adhuc tempore apud Catholicos in Romana Eccleſia manet.

Celebratio miſſæ in cõmemoratione paſsionis Chriſti peragitur. Sicut enim ipſe præcepit Apoſtolis tradens eis corpus & ſanguinem ſuũ: Hoc facite in meã cõmemorationem, hoc eſt, in memoriã paſsiõis meæ. Tanquã diceret, quod pro veſtra ſalute paſſus ſum, ad memoriã reuocate, & pro veſtrorũ ſalute eadẽ proferre curate. Hanc Petrus Apoſtolus primus omniũ Antiochiæ dicitur celebraſſe. In qua tres tantũmodo oratiões in initio fidei proferebantur, incipiẽtes ab eo loco, vbi dicitur: Hãc igitur oblationem. *Primitiuæ Eccleſiæ Miſſa qualis.* Miſſa aũt dicitur quaſi tranſmiſſa, & quaſi tranſmiſsio, eo ꝙ populus fidelis de ſuis meritis nõ præſumens, preces & oblatiões quas Domino omnipotenti ferre deſyderat per miniſteriũ & orationem ſacerdotis ad Dominũ tranſmittat, quem mediatorem inter ſe, & illũ eſſe cognoſcit, confidens per eius orationem atque interceſsionẽ à malis omnibus liberari, aq; creatori ſuo recõciliari, & in omnibus corroborari. *Etymõ Miſſæ.* *Chriſti mediatio & interceſsio.* Vel miſſa vt Iſidorus dicit, dicta eſt ab emittendo. *Etymõ Miſſæ.*

Tempus enim quo ſacerdos incipit conſecrare corpus Domini cũ dicendũ eſt àDiacono poſt Euangelium: Si quis Catecumenus eſt procedat foras.Et quia tunc emittuntur Catecumeni ab Eccleſia, qui non debent intereſſe ſacris myſterijs,eo quòd nondum ſunt perfecti. Siue alio modo poteſt dici miſſa,eo quòd nos mittat ad Dominum. Ideo autem non ab Apoſtolica vel Euangelica lectione quod maius eſſe cõſtat,eadem miſſa inchoatur, ſed potius canẽdo & pſallendo, quatenus dulcedo ſuauitatis corda audientium prius demulceat, vt ſic poſt modulationem ſuauis cantilenæ in ſpiritalibus rebus populus per compunctionem mentis intẽtus,ſalutifera Euangelij verba ardentius affectu ſuſcipiat. Quod autem populus Dominico die ſiue ſolennitatum ad Eccleſiã confluit, ad imitationẽ Iſraëlitici populi creditur fieri, qui temporibus ſtatutis ad templum Domini confluebat,& ſex diebus operãs,ſeptimo ab omni opere ſeruili requieſcere iubebatur, nõ tamẽ à meditatione legis. Sic enim ait Apoſtolus: Moiſes habet in ſingulis ciuitatibus,qui eum per ſingula Sabbatha prædicent in ſynagogis. Vnde & canticum Moiſi per omne Sabbathũ in Eccleſia recitare mos Eccleſiaſticus conſueuit. Et qđ illi faciebãt in Sabbatho,qui primus apud illos in diebus hebdomadis habebatur,quoniam in ipſo requieuit Deus ab operibus ſuis: nos propter reuerentiam Dominicæ reſurrectionis, die Dominica agere curamus. Neceſſe eſt enim vt populus Dei eo die, quo Dominus reſurrexit à

Fundamentum Miſſæ

Dominici diei feſtiuitas.

rura-

ruralibus vacans operibus inſtruatur, quomodo per totam hebdomadam ſpiritaliter Deo viuere debeat, & qui per totam hebdomadá curam corporis morituri indeſinenter egit, eo die curam animæ in perpetuũ victuræ agere curet. Primò omnium dicitur Antiphona ad introitum. Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca in Latinum, duobus alternatim pſallẽtibus ordine cõmutato, ſiue de vno ad vnum. Quod genus pſallendi inueniſſe Græci traduntur, quæ ideo ad introitũ dicitur, quia per hanc introimus ad officium diuinum, ſicut per introitum hoſtij ad ſecreta domus. Deinde imponitur: Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Quæ verba ad diuiſionem paſtorum, qui prius indifferenter canebantur, B. Hieronymus Damaſo Papa petente cõpoſuit. Sed nequaquam id ſufficeret, prædicto Apoſtolico iterum ſuggerente, addidit adhuc: Sicut erat in principio. Et hoc ad nutum Diaconi ait cantor, ſicut & Kirieeleiſon, quia ad hoc miniſterium admittitur, vt officiũ integre peragere poſsit. Quoniã Presbyter ſine Diacono nomẽ habet, officium non habet. Induit Diaconus Dalmaticam in ſimilitudinem crucis, vt qui miniſter verbi Chriſti, paſsionẽ illius ad memoriam reuocás, ſicut Chriſtus crucifixus eſt pro ſalute mundi, ita & miniſter verbi ipſius, ſemetipſum vitijs & cõcupiſcentijs crucifigi non obliuiſcatur, pro amore redemptoris. Quod eadẽ veſtis cádiditatem habet, oſtẽdit miniſtrum Chriſti candorem caſtitatis mente ſimul & corpore habere debere,

Antiphona miſſæ.

Gloria patri origo.

Quare Presbytero in Miſſa miniſtrare debent Diaconi & Subdiaconi.

Diaconi veſtis in Miſſa.

qui autoritatem Euangelium prædicandi in Eccleſia retinet. Habet & coccineas virgulas ſanguinem Chriſti pro ſalute mũdi effuſum declarantes. Præcedentibus ad altare miniſtris, in medio eorũ propter debitum honorẽ Euãgelium Chriſti defertur, tãquam perſona præpotentis, præcedentibus ac ſequentibus miniſtris conſtipata cũ procedit in publicũ. Cerei quoq; Euãgelium præcedentes, demonſtrant gratiã Euangelij, mundum qui erat in tenebris peccatorũ illuminatũ. Quod autem eadem proceſsio Euãgelij ab Auſtrali parte fit, in plagã Septentrionalem, declarat Dominũ Ieſum Chriſtum, qui verbum ſalutis mundo intulit à parte meridiana ortum eſſe. Nam Ieruſalem in qua Dominus Ieſus Chriſtus primò verbũ ſalutis annũtiauit, in meridie habet Bethleem, à quo loco ipſe Saluator venit, ſicut ſcriptum eſt: Deus ab Auſtro veniet. Cantore incipiente Kirieeleiſon, collocãtur cerei in ordine à parte Auſtrali in Septentrionem ab Acolito, oſtẽdente hoc facto, quod miſertus ſit Dominus omnipotens mundo, in meridie & Septentrione. Ideo autem Kirieeleiſon, & Latini Græcè, & Græci Latinè profe-runt, quia & illorum quædã Græca honeſtius quàm Latina, & quædam Latina melius quàm Græca ſonant, & vt vnum eius populum nos eſſe oſtendamus, vnumq́ue Dominum vtrũq; populum credere, Kirie Domine, eleiſon, miſerere. Chriſteeleiſon, id eſt, Chriſte qui vnctus es non oleo viſibili, ſed plenitudine diuinitatis miſerere. Nam chriſma dicitur vnctio. Incipit

Prolatio libri Euangeliorũ ad Miſſam.

Cerei in Miſsa,

Kirieeleiſon in Miſſa quare Græcè cantur.

pit deinde Sacerdos: Gloria in excelſis Deo. *Gloria in excelſis Deo*
Hymnum in natiuitate Saluatoris ab angelis decãtatum: ſed à B. Hilario Pictauienſi poſtea auctum & conſummatũ, & hoc ipſum ad imitationem Angelorum, vt oſtendamus nos eundem Dominum colere in terris, quem Angeli venerãtur in cœlis. Poſtea dicit Sacerdos: Dominus vobiſcum, ſalutans populum & orans, vt Dominus ſit cum eis, ſicut dignatus eſt dicere per prophetam: Inhabitabo in illis, & reliqua: & quod Saluator dixit diſcipulis ſuis, & in illis omnibus fidelibus: Ecce ego vobiſcum ſum. Qui ſalutationis ſermo non humano arbitrio compoſitus, ſed ex diuinæ ſcripturæ autoritate probatur ſumptus, vbi frequenter & ſingulariter & pluraliter poſitus legitur: ſingulariter ſicut Angelus ad B. Mariam: Aue gratia plena, Dominus tecum: & ſicut ad Gedeonem ſimiliter Angelus ſalutando dixit: Dominus tecũ virorũ fortiſsime. Pluraliter autẽ ſicut in lib. Ruth legitur Booz ſalutando dixiſſe meſſoribus ſuis: Dominus vobiſcũ: & ſicut in Paralipomenõ propheta à Deo miſſus inuenitur ſalutaſſe Aza Regẽ Iuda cum exercitu ſuo victores de prælio reuertentes: Dominus vobiſcũ, quia fuiſtis cum Domino. Eccleſia ergo tam ſalubri ſalutatione Sacerdotis accepta, & ipſa reſalutando orat, & orando reſalutat: poſtulãs vt ſicut ille optauit Dominum eſſe cum ipſis, ita ſit & cũ ipſo, dicens: Et cum ſpiritu tuo, id eſt, cum anima tua ſit omnipotens Deus, vt dignè pro noſtra ſalute eum exores: & non dicit tecum,

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

ſed cum ſpiritu tuo, vt officium ſubſecuturum ſpiritaliter totũ fieri intelligatur, & bene Dominus cum ſpiritu hominis eſſe optatur, quia in ſpiritu & mente rationali creatus eſt homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & ibi eſt capax diuinæ gratiæ, & illuminationis. Sed & illa ſalutatio Epiſcoporũ, qua ad populum dicitur, Pax vobiſcũ, ſiue pax vobis, ſimiliter non humano ſenſu inuẽta, ſed de Scripturæ ſanctæ autoritate ſumpta eſt. Nã & in veteri teſtamento inuenitur dixiſſe Angelus Danieli prophetæ: Noli timere, vir deſideriorum, pax tibi, confortare, & eſto robuſtus. Et in nouo, id eſt, in Euangelio, penè ſemper ita legitur Dñs Apoſtolos ſalutaſſe dicẽdo: Pax vobis, & eiſdem Apoſtolis eandem ſalutationis formã cõmendauit, dicens: In quamcunq; ciuitatem aut domũ intraueritis, ſalutate eã, dicentes: Pax huic domui. Meritò ergo & Apoſtolorũ ſucceſſores, id eſt, Eccleſiarum præſules hac ſalutatione vtuntur, domũ Dei ſalutãtes, vbi omnes oportet filios eſſe pacis, vt ſalutatio pacis ſuper eos requieſcens, & ſalutantibus & ſalutatis poſsit eſſe fructuoſa. Deinde dicit, Oremus, inuitans ſecũ populum, vt ſimul orent. Quapropter adcliuis debet eſſe populus, vſquequo ſacerdos incipiat dicere: Per omnia ſecula ſeculorũ. Sequitur collecta, quæ dicta eſt à collectione, eo quòd ex autoritate diuinarum Scripturarũ ſit collecta, quę in Eccleſia leguntur, ſicut eſt illa de tribus pueris, vel quòd ex multis ſermonibus vna colligatur oratio, ſiue à collectiõe vel ſocietate dicitur

Pax vobis Epiſcoporũ.

Collectæ.

populi

populi, qui tunc in vnum concurrens colligitur. Ideo autem in omnibus collectis interponitur: per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, &c. vt omne quod datur à patre, intelligamus per filium eius nos accipere, cuius hæreditas ſumus. Per ipſum ergo hoſtiã laudis atq; orationis offerimus, quo per mortem reconciliati ſumus, cũ inimici eſſemus. Dicens verò ſacerdos: qui tecum viuit & regnat, admonet populum, vt credat filiũ Dei viuere & regnare ſemper ſine initio, & ſine termino, & vnam poteſtatem habere æqualiter cum patre & ſpiritu ſancto, atq; vnam ſubſtantiam. Amen verò cõfirmatio eſt orationis à populo. Interpretatur enim verè ſiue fideliter, tanquã reſpondens populus dicat: Verè ita fideliter credimus ſicut dicis, filium videlicet Dei ante omnia ſecula, & in præſenti, & in futuro regnare cum patre & ſpiritu ſancto, & regnum ac poteſtatem eius nullo fine concludi. Deinde ſequitur lectio Apoſtolica ante Euangelium, nõ cauſa dignitatis, ſed ad morem Apoſtolorum, qui ante Dominum ibant, ſicut narrat Euangeliũ, quos mittebat Domin⁹ ante ſe binos & binos. Epiſtola autem dicitur ſuper miſſa, eo quòd ſuper vetus teſtamẽtum, & Euangelium miſſa ſit, non cauſa dignitatis, ſed vt quiſque qui Euangelium fuerit ingreſſus, ibi inueniat medicinam ſalutis. Incipiente autem ſubdiacono Apoſtolicam lectionem, verſo ordine cerei transferuntur ab oriente ad occidentem, vt demonſtretur per vocem, & per prædicationem Apoſtolorum totum mun-

Qui viuit tecum quare.

Amen.

Epiſtolæ lectio in Miſſa.

Cereorum tranſlatio.

dum gratia fidei illuminatū, nō ſolū à meridie in Septentrionē, ſed etiā ab oriente in occidentē. Nomen enim orientis & occidentis omnia climata mūdi cōprehendit, eo q; tot diebus Sol ſua præſentia ea illuſtret, ſicut ibi: Veniunt ab oriēte & occidente. Poſtmodū cantatur Reſpōſoriū. reſpōſum dictū, quod à capite repetatur. Deinde cātatur Alleluia, quod ex Hebræo in latinum ſonat, laudate dominū, ná alle dicitur, laudate, ia nomen Dei eſt, vnum ex decem nominibus quibus vocatur Deus apud Hebræos. Alleluia autē primum in nouo teſtamento additum, eſt dicente Ioanne: Audiui vocem in cœlo dicētiū Alleluia, & quia hac voce Angelos in cœlo Deum laudare cognouimus, huiuſmodi voce laudationis creditum eſt Deum delectari. Hoc quoq; ideo canimus, vt eundem Dominum nos colere in terra oſtendamus, qui etiam colitur ab angelis in cœlo, & hoc ante lectionem Euangelicam à cantore imponitur, vt laudetur ab omnibus, cuius gratia ſaluantur omnes, quaſi dicat: Quia verba Euangelij ſalutem conferentia mox audituri eſtis, laudate Dominum, cuius beneficio hanc gratiam percipere meruiſtis. Defertur Euangelium ad analogium præcedentibus cereis, vt oſtendatur gratia ipſius mūdum illuminatum. Verba Euangelij Leuita pronuntiaturus contra Septentrionem faciem vertit, vt oſtendat verbum Dei, & annuntiationem Spiritus ſancti contra eum dirigi, qui ſemper Spiritui ſancto contrarius exiſtit, & in nullo ei communicat. Quos enim ſpiri-

Reſponſorij origo.

Alleluia vocis origo.

Libri Euāgeliorū delatio.

Ad quam plagam Euangelium cantetur.

ſpiritus ſanctus qui eſt Deus ad fidem colligere deſiderat, diabolus diſpergere ab vnitate Eccleſiæ & integritate fidei laborat. Sic enim per Auſtrum qui ventus eſt calidus & leniter flat, Spiritus ſanctus deſignatur, qui corda quæ tangit ad amorem dilectionis inflammat. Ita & per Aquilonem, qui durus et frigidus eſt, diabolus intelligitur, qui eos quos poſsidet ab amore charitatis atq; dilectionis torpentes & frigidos reddit. Quod enim per Aquilonem diabolus deſignetur, oſtendit propheta dicẽs: O Lucifer qui dicebas in corde tuo: Sedebo in lateribus Aquilonis, & reliqua. Crucem in fronte ponit diaconus, adnuntiantur verba vitæ, vt oſtendat ſe illius diſciplinæ eſſe, qui crucem pro totius mundi ſalute ſuſtinuit. Deinde in pectore, vt omnis vana & immunda cogitatio ab eius corde pellatur. Salutat & populũ dicens: Dominus vobiſcum, quatenus corda illorum à mundanis cogitationibus Dominus emundet, & ad ſuſcipienda verba ſalutifera aperire dignetur. Ad cuius ſalutationem populus crucem in frontibus ponit, vt à malis cogitationibus corda ſua emundet, vt ad intelligenda verba ſalutis pura permaneant. Dicit Diaconus: Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum, eo q, poſt præcedentia Euãgelij ſequantur illa. Vnde quando initium alicuius Euangeliſtæ legitur, non dicit ſequentia, ſed initium. Idcirco autem ſecundum Matthæũ, aut Marcum, aut Lucam, vel Ioannem, vt ſciatur ſecundum quem Euangeliſtam lectio illa legatur.

Quare homines ſe cruce conſignent in lectione Euãgelij.

Dominus vobiſcũ ante Euangelium.

Sequentia quare dicatur.

tur. Poteſt & ita intelligi, quod dicit ſequentia, vt ea quæ ſequũtur poſt ſalutationẽ in illa lectione ſecundũ illum Euangeliſtã contineantur. Hinc ſequitur Euangelium quod de Græco in Latinum ſonat bonum nũtium, & quod eſt melius nuntium, quam iſtud: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, quæ in Euangelio dicuntur de incarnatione filij Dei, & de eis miraculis, prædicatione, & reſurrectione atq; aſcenſione, de gloria quoq; electorum & damnatione reproborum. Perlecto Euangelio, iterum ſe ſigno crucis populus munire feſtinat, vt quod ex diuinis eloquijs ad ſalutem percepit, ſigno crucis ſignatũ atq; munitum permaneat, ne à mentibus eorum diabolica fraude euacuari valeat. Poſt recitatum Euangelium iterũ Sacerdos populum ſalutat, orans in cordibus eorum verba ſalutis quæ perceperunt à Domino confirmari, & inuitat illum pariter ad orationem dicens: OREMVS. Sed licet apud nos tunc collecta inter Euangelium & offerendam non dicatur, apud Græcos tamen dicitur. Ita autem poteſt intelligi ſecundum quod apud nos fit, vt omnis populus oblationi inſiſtere iubeatur, dum oblaturi intentionem ſuam offerunt, quatenus illorum oblatio accepta ſit Domino. Sequitur deinde offertorium, quod inde hoc nomen accepit, quòd tunc populus ſua munera offerat. Sequuntur verſus à vertendo dicti, quod in offertorio reuertantur, dum repetitur offertorium. Suſcipit interim Sacerdos à populo oblatam, vt

Quare poſt Euãgelium crucis ſe ſigno homines muniant.

Diſcrimen Græcorũ & Romanorũ ante offertorium.

Offertoriũ.

vt ipſe qui eſt inter Dominum & ipſum populum mediator preces eorũ, & vota Deo offerat. In qua oblatione aqua miſcetur vino. Per vinum ſignificatur Chriſtus, per aquam autem populus, & ſi vinum offertur ſine aqua, videtur ſignificare, quod paſsio Chriſti nihil profu erit generi humano. Si autem aqua ſine vino, videtur ſignificare ſaluari potuiſſe populũ ſine Chriſti paſsione. Vtrumq; ergo miſcetur ſimul, vt intelligatur paſsione Chriſti mundum ſaluatum, & ſine ea mundum non potuiſſe ſaluari. Quod autem ſacerdote oblationem ſuſcipiente, Clerus Domino laudes interim perſoluit, ad imitationem populi Iſraël ſumptum eſt, qui oblationes & vota cum laude modulationis Deo offerre conſueuerat. Poſt oblationem ponitur incenſum ſuper altare, dicente Sacerdote: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum, hoc eſt dicere, Sicut incenſum gratum eſt & acceptum in conſpectu populi, ita fiat oratio mea acceptabilis in conſpectu tuo. Quibus expletis conuertit ſe Sacerdos ad populum, poſcens vt iungant preces ſuas eius precibus, & mereatur exaudiri pro ſalute illorum, hoc autem dicendum eſt à ſacerdote cum ſilentio: Orate pro me fratres, vt meum pariter & veſtrum ſacrificium acceptum ſit Deo. Adclinans ergo ſe populus, orare debet ita: Sit dominus in corde tuo, & in ore tuo, & de manibus tuis pro noſtra omnium ſalute, Amen. Vel hoc dicant omnes: Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob, vſq; pingue fiat.

Laudes in offertorio à clero cantatae.

Ceremoniae ante oblationem.

Corpo-

Corporale quale. Corporale cui ſuperponitur corpus Dominicum, non aliud quam lineum eſſe oportet, quoniam Ioſeph linteum mundum legitur emiſſe, vbi corpus Dominicum inuoluit. Nam & linum purum germen eſt terræ, & Dominus purum, & verum corpus habuit non ſimulatum. Et linum per multos ſudores peruenit ad candorem: ita Ieſus Chriſtus multis affectatus paſsionibus migrauit ab hoc ſeculo, & ad candorem reſurrectionis atq; immortalitatis perductus eſt. Ita ergo qui corpus Chriſti in ſe recipere deſiderat, per multos bonorum operum labores, & per caſtitatem mentis & corporis debet ſe reddere mũdum atq; candidum.

Corporalis cõplicatio. Quod ita plicari debet, vt nec initium, nec finis appareat, ſicut etiam ſudarium in ſepulchro Domini inuentum eſt. Sudarium eſt ligamentum capitis. Per caput diuinitas deſignatur, quia caput Chriſti Deus. Inuolutio autem hoc ſignificat, quia Chriſtus, qui in humanitate habuit initium naſcendo, & finem in moriendo, in diuinitate neutrum horum, ſed ſemper eſſe habuit. Dicit Sacerdos collectam ſuper oblationem, & in eius fine: Per omnia ſecula

Per omnia ſecula ſeculorum. ſeculorum, vt ſupra. Huc vſq; præfatio, id eſt, prælocutio, & allocutio populi, hinc ſequitur exhortatio: Surſum corda. hortatur enim Sacerdos populum tanquam dicat: Iam apoſtolicis & Euangelicis pręceptis ſufficienter inſtructi & confirmati, corda veſtra à terrenis cu-

Præfationis interpretatio. ris ſurſum ad Dominum dirigite, vt ſacrificium, quod Deo offerendum mihi obtuliſtis, dignè

dignè offerre valeam. Reſpondet populus: Habemus ad Dominum, q.d. corda noſtra, vt præcipis erecta habemus ad Dominum, vt ſuſcipere dignetur votũ noſtrum. Hortamur iterum: Gratias agamus Dño Deo noſtro, ſimul ego & vos, ſubaudis de omnibus nobis ab illo præſtitis. Reſpondet populus & affirmat, dicens: Dignum & iuſtũ eſt, vt illi gratias agamus, id eſt, Domino Deo noſtro. Hãc exhortationem quę ſequitur Gelaſius compoſuiſſe dicitur. Affirmat Sacerdos populi vocem, & conuertit ſe ad Dominum patrem, dicens: Verè dignum & iuſtum eſt, id eſt, ſicut populus tuus reſpõdet tibi gratias agere, dignum & iuſtum & æquum eſt: idipſum ſalutare, id eſt, ſalute plenum, quoniam ad noſtri corporis & animæ ſalutem pertinet, ſi dignè illum laudemus. Poſt confeſſionem populi dignũ eſſe & iuſtũ, vt Domino gratiæ rependantur. intermiſſo populo cui loquebatur, iã cõuertit ſe Sacerdos ad Deũ patrẽ, & tanquã ad præſentẽ incipit loqui, dicẽs: Nos tibi gratias agere, & hoc nõ ad horam, ſed ſemper, id eſt, omni tempore, & in proſperis & in aduerſis, vbiq;, id eſt, omni loco. Dñe ſancte, qui dominaris omniũ quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, & qui oĩa tua ſancta benedictiõe ſanctificas vt ſancta ſint. Pater Græcè, Latinè dicitur genitor. De⁹ enĩ ineffabiliter genuit filiũ ante oĩa ſecula, omnipotẽs enĩ dicitur Deus, quia oĩa poteſt, quæ illũ decẽt. Mẽtiri nõ poteſt, quia veritas eſt, mori nõ poteſt, quia immortalis, imò vita eſt. Mutari non poteſt, quia immutabilis eſt.

Præfatiõis author.

Verborum præfationis explicatio.

omni-

Omnipotens enim faciendo quod vult, nõ patiendo quod non vult. Æternus eſt Deus,quia nec initium habuit,nec terminũ habebit, quia nec cœpit nec deſinit. Thure aũt quaſi debemus offerre per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ offerẽdæ ſunt,qui eſt mediator inter Deũ & nos,qui eſt pontifex põtificum. Chriſtus Græcè,Latinè dicitur vnctus. Vnctus eſt Dei filius ſecundum humanitatem,nõ oleo viſibili, quo vngebantur reges, & ſacerdotes, verum regem & ſacerdotem præfigurantes, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,ſed plenitudine diuinitatis & dono gratiæ,quod viſibili ſignatur vnguento,quo baptiſatos vngit Eccleſia,Chriſtus tamen non tunc eſt vnctus ſpiritu ſancto,quãdo ſuper eum baptiſatum ſicut columba deſcẽdit. Tunc enim corpus ſuum, id eſt,Eccleſiam præfigurare dignatus eſt, in qua baptiſati accipiunt ſpiritum ſanctum. Sed myſtica vnctione tunc vnctus eſt, quando veniente ad Mariam virginem vterus eius repletus eſt ſpiritu ſancto, hoc eſt,quando humana natura ſine vllis præcedentibus bonorum operum meritis,Deo vero in vtero virginis copulata eſt, ita vt cum illo vna fieret perſona, vnde & ob hoc cõfitemur illum natum de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. Vnctione autem olei deſignatur plenitudo ſpiritus ſancti,quoniam ſicut oleum optimum corpus perfuſum releuat, atque recreans iocundius reddit: ſic & gratia ſpirit⁹ ſancti, cor quod repleuerit in amore & dilectione Dei perfectè reparans, omnem timorem & mœſtitiã, quam

Quomodo Saluator Chriſtus,id eſt vnctus dicatur.

pro

pro peccatis primò contraxerat, ab eo repellit, & in charitatis perfectione confirmans de ſpe vitæ æternæ exultationis gaudiũ ſubminiſtrat. Per quem Chriſtum maieſtatem tuam laudant Angeli, quia per illum Chriſtum ſunt creati & non ſolũ illi, verumetiam illæ virtutes cœlorum quæ ſuper alias poteſtatem & dominationem habent. Hi ergo tam beati & ſublimes ſpiritus per Chriſtum maieſtatem Dei laudant, ſicut ad eos congratulando dicitur in pſalmo: Laudate Dominum omnes virtutes eius. Adorant quoque eandem diuinã maieſtatem, ſicut in hymno confeſsionis Eſdræ ad ipſum Dominum dicitur: Exercitus cœli te adorant. Tremũt etiam ſicut per figuram de eis in libro Iob dicitur: Columnæ cœli contremiſcunt & pauent ad nutũ eius. Qui tamen taemor ne eis pœnalis ſit, non timoris eſt, ſed admirationis. Cũ igitur in cœleſtibus tanta ſit deuotio laudantium, veneratio adorantium, tremor admirantium, conſideret hoc homo cui dictum eſt: Quid ſuperbis terra & cinis? & audiat Apoſtolum monẽtem, Cum metu & timore & tremore veſtram ipſorũ ſalutem operamini. Cœli quoque qui per Chriſtum facti ſunt, tunc laudant Dominũ patrem, quando nos prouocant ad laudem eius. Cœlorum quoq; virtutes & Seraphim concelebrãt, id eſt, in commune celebrãt concordi deuotione, & communi gaudio laudant. Nam celebritas eſt conuentus populi in laudem: & celebrata dicimus in celebri, id eſt, frequentiſsimo conuentu acta. Ideo autẽ dicitur, quia maieſtatem

Quomodo Angeli & poteſtates tremunt.

Quomodo Angeli laudent Dominum.

ſocia, id eſt, iuncta exultatione concelebrant, quoniam ſine intermiſsione laudantes viciſsim de illo & de ſe in illo lætantur. Hunc ergo omnium creatorem & rectorem laudant & non concelebrant cœli, ſicut eũ laudant ſol, luna, & ſtellæ & lumẽ. Vnde in pſalmo dicitur, Laudate eum Sol & Luna, vſq;: aquæ quæ ſuper cœlos ſunt. In hymno autem trium puerorum ad laudem Dei elementa omnia prouocãtur, non quod elementa muta habeant ſenſum laudandi, ſed quod cuncta bene cogitata laudem pariant, & impletur cor conſideratione creaturę ad eructandum hymnum creatori. Et quia lõgum fuit in iſta gratiarum actione totos angelorum ordines, qui in Scripturis nouem inueniuntur ponere, ſigillatim poſt cœlos ponũtur virtutes, quo nomine omnes cœleſtes ſpiritus generaliter appellari ſolent, vt in pſalmo: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Et iterum: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad vltimum ponuntur Seraphin, qui eſt ſummus ordo angelicorũ ſpirituũ, & vere beata, quæ ex ſingulari propinquitate creatoris ſui incomparabili ardent amore. Vnde & ardentes vel incendentes interpretantur. Sciendum autem quod Cherubin & Seraphin per M literam prolata iuxta proprietatẽ linguæ Hebrçæ, maſculini ſunt generis & pluralis numeri tantum. Si autem per N. literam dicantur ſicut in pſalmis & hymnis, & in præſenti gratiarum actione ponitur, Græca declinatione in neutrale genus mutantur. Velut cum dicimus

Virtutes cœlorũ quæ.

Seraphin.

lucida ſydera, ſpecioſa nemora, iocunda litora, ſic & beata Seraphin neutro genere & plurali numero accipiamus, vt autem ad ſolũ patrem dirigatur oratio, cum totius ſanctæ Trinitatis, ſicut vna eſt diuinitas, ita æqualis honor & glorificatio debeatur. Id Apoſtoli ſancto per eos ordinante ſpiritu ſanxerunt, vt qui multorum deorum errores vnius Dei prædicatione nitebantur euellere, ſub Trinitatis ſacramento vni perſonæ in ſacrificiorũ ritu ſupplicandum eſſe decernentes, ne qui vnum Deum prædicabant, in pluralem diuinitatis numerum incidiſſe arguerentur, & quia pater & filius, & ſpiritus ſanctus, vnius deitatis, vnius naturæ, vnius ſubſtantiæ, vnius deniq; poteſtatis exiſtunt, vna ex eis perſona propter vnitatis myſterium retinendum in ſacrificio inuocaretur. Nec alia debuit, niſi quæ prima eſt, in qua duæ ceteræ naturaliter exiſtunt manentes. Cum quibus & noſtras voces, & reliqua. Voces angelorum ſunt in laude cõditoris, ipſa admiratio intimæ contemplationis. Quales ergo oportet eſſe voces noſtras, quas in conſpectu Dei cum angelicis laudibus deprecamur admitti, id eſt, intromitti, vtiq; tales voces non ſunt in ſono vocis, ſed in deſiderio cordis. Voces enim apud ſecretiſsimas aures Dei non faciunt verba noſtra, ſed deſideria, & quia ſuperna ciuitas ex angelis & hominibus conſtat, meritò ſancta Eccleſia, quæ illis ſocianda eſt in cœlo, & cum illis in Dei laudibus permanſura, iam nunc ipſis vocibus Deum laudant in terris, quibus eum ſancti

Trinitatis nomina.

Voces noſtræ quales.

Confeſsio qualis in præfatione. Angeli laudant in cœlis. Et hoc non ſuperba præſumptione, ſed ſupplici confeſsione, id eſt, humili confeſsione: ſic deſiderans maieſtatem Dei credere & cõfiteri in mundo, ſicut ab angelis videtur, & laudatur in cælo. hęc enim confeſsio non eſt peccati, ſed laudis, & gratiarum actionis. Vna igitur confeſsione, id eſt, laude & gratiarum actione, iam nunc homines cum angelis ſociantur, laudantes de cœleſtibus & *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* terreſtribus, tanquam eum qui fecit cœlum & terram, & dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, pleni ſunt, & reliqua. Iſtæ ſunt voces angelorum laudãtium in cœlis, hunc hymnum gloriæ Dei, & Iſaias ſe audiſſe teſtatur, & Ioannes in Apocalypſi. Ergo non humano arbitrio, ſed vtriuſq; ſcripturæ auctoritate coniuncta dicimus ter Sanctus, & ſemel Dominus, vt oſtendamus omnipotentem Deum, & trinitatem in perſonis habere, & vnita- *Sabaoth.* tem in ſubſtantia. Sabaoth vnum eſt ex decem nominibus Dei apud Hebræos, & interpretatur exercituum ſiue virtutum vel militiarum. Dominus autem Sabaoth, dominus omnipotens dicitur, quia omnis exercitus & militiæ virtuteſq; angelorum illi ſeruiunt. Angelicos *Militia Angelorũ qualis.* autem ſpiritus, recte militiam dicimus, quia decertare eos contra aëreas poteſtates non ignoramus. Quæ tamen certamina non labore, ſed imperio peragunt, quia quod agendum contra immũdos ſpiritus appetũt, ex adiutorio cũcta *Gloria vox* regentis poſſunt. Gloria, id eſt, diuinitate eius pleni ſunt cœli & terra, quia omnia implet,

iuxta

Iuxta quod ipſe dicit: Cœlũ & terram ego implebo. Adiungũtur autem huic hymno angelorum ſumpta ex Euangelio, verba turbarum laudantium Deum & regem noſtrum venientẽ Hieroſolymã, atq; dicẽtiũ: Oſanna in excelſis & reliqua. Ita enim ex Scriptura prophetica & Euangelica cõpletur plena laudatio, cùm poſt laudẽ & gloriã ſanctæ Trinitatis adiũgitur gratiarũ actio de aduentu Saluatoris, qui vnus ex ipſa Trinitate pro ſalute noſtra homo factus eſt, & eãdem ſalutem moriendo & reſurgendo perfecit. Vnde meritò illi gratias agẽtes, dicimus: Oſanna, id eſt, ſalus in excelſis. Vnde in pſalmo: Domini eſt ſalus, rectè quoq; ſubiungitur: Benedictus qui venit in nomine Dñi, iuxta quod ipſe ait in Euãgelio: Ego veni in nomine patris mei. Aſſumunt aũt laudis verſiculum turbæ de pſalmo.117. quem de Domino eſſe cantatũ manifeſtũ eſt. Quod enim turbæ dicunt Oſanna, hoc eſt, quod ibi dicitur, ò Domine ſaluũ fac, ò Dñe proſperare, & ſtatim eiſdẽ verbis ſubiungitur, Benedictus qui venit in nomine Domini. Quod verò ſubiũgitur oſanna, id eſt, ſalus ſiue ſaluifica in excelſis, apertè docet aduentũ Dñi in carne, nõ ſolũ humani generis in terra, ſed & angelorũ in cœlis eſſe ſalutẽ, quia dum nos redẽpti ad ſuperna perducimur, eorum numerus qui cadente Sathana erat imminutus vel minoratus impletur. Rectè igitur oſanna in excelſis in eius laude canitur, cui tota incarnatiõis diſpẽſatio ꝑ implẽda gloria patrię cœleſtis apparuit.

Oſanna in excelſis.

Benedictus qui venit.

Poſt has laudes, & gratiarũ actiones pro tãta

gratia redemptionis noſtræ quæ in illo diuino myſterio agitur & cõmendatur,facto totius Ec
Silentium in oblatione. cleſię ſilẽtio,in quo ceſſante omni ſtrepitu verborũ,ſola ad Deũ dirigitur intentio,&deuotio cordiũ,ſociatis ſibi omnium votis &deſiderijs incipit Sacerdos orationẽ fundere,quia ipſum myſteriũ Dominici corporis &ſanguinis conſecratur. Sic enim oportet vt in illa hora tã ſacræ & diuinæ actionis tota per Dei gratiã à terrenis cogitationibus mente ſeparata,& Eccleſia cum Sacerdote,& Sacerdos cũ Eccleſia ſpiritali deſiderio intret in ſanctuariũ Dei æternũ & ſupernũ,& quoniã ſpiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum,in ſpiritu &veritate oportet adorare, ſic eundem patrẽ Deum deprecetur: Te igitur
Canonis in Miſſa explicatio. clementiſsime pater,& reliqua.Idcirco vt ferũt cõſuetudo venit in Eccleſia,vt tacitè iſta obſecratio atq; conſecratio à Sacerdote cantetur,ne verba tã ſacra, & ad tantũ myſteriũ pertinẽtia, uileſcerent, dum penè omnes per vſum ea retinentes,per vicos & plateas alijſque in locis,vbi non cõueniret,ea decãtarent. Inde fertur, quod antequam hæc conſuetudo inoleuiſſet, cũ paſtores ea decantarent in agro, diuinitus ſunt percuſsi.Dicit ergo Sacerdos: Supplices rogamus & petimus,& hoc per Ieſum Chriſtũ, per
Chriſtus verus mediator. quem omnis ſupplicatio &petitio noſtra dirigi debet ad Dominum, tanquam per verũ mediatorem &æternum Sacerdotem,qui ſedet ad dexterã patris,& interpellat pro nobis. Quid autem roget & petat oſtendit, videlicet vt ea quæ offeruntur dona, munera,ſancta ſacrificia,

acce-

accepta, id eſt, placita habeat, & benedicat. Sacerdotum eſt offerre, & maieſtatem Dei inuocare, Dei autem dignanter ſuſcipere, & ea quæ offerũtur benedicere. Dicit ergo, Vti accepta habeas, & benedicas, ac ſi ſuppliciter dicat: Petimus, vt hæc ſpiritu tuo ſanctifices, atq; ore benedicas, vt quod noſtræ humilitatis geritur miniſterio, tuę virtutis impleatur effectu. Quod aũt ſubiungit hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia, nõ aliud atq; aliud dicitur, ſed res vna pro ſui magnitudine diuerſa appellatione laudatur. Quæ enim diuinis offeruntur altaribus, & munera appellãtur, ſicut Dominus: Si offers munus tuũ: & dona vel ſacrificia, ſicut Apoſtolus de põtifice, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, ſed vt dictũ eſt ſermonũ repetitio, tanti ſacramenti eſt commendatio, & pię deuotionis excitatio. Quia hæc ſunt verè ſancta & illibata, id eſt, inuiolata, & incontaminata ſacrificia quæ in miniſterio Dominici corporis offeruntur. Vel illibata dicuntur, id eſt, non præguſtata, ſed integra adhuc manentia. libare enim ſub vno ſenſu dicitur fundere. Vnde legimus quod Dauid libauit aquam Domino ſibi oblatam, id eſt, fudit. Sub alio ſenſu dicitur libare, guſtare: vnde & prælibata res dicitur pręguſtata. Reddit aũt cauſam Sacerdos pro qua illa offerat ſacrificia, & dicit ſe imprimis, id eſt, principaliter pro Eccleſia catholica, id eſt, vniuerſali. Sic enim dignum fuit, vt inciperet ſancta oblatio, videlicet pro Eccleſia Dei toto orbe diffuſa, quæ eſt vnitas ſanguine Do-

Hæc dona.

mini redempta, quam pacificare digneris, Vt pacem habeat ad hæreticos & paganos adunare, quæ diſperſa eſt per paganos & hæreticorum dogmata. Idipſum autem videtur eſſe adunare, quod pacificare. Idipſum cuſtodire, quod & regere. Pacificando nanq; adunat, cum omnium fidelium corda in ſua pace coniungit, cũ omnium fidelium mentes vnius efficit voluntatis diffuſa charitate per Spiritum ſanctũ custodiendo regit, cum inter omnia pericula clementer eam gubernat & dirigit. Quod verò poſt generalem Eccleſiæ cõmendationem adiungitur, Vna cũ famulo tuo Papa noſtro, ipſius Eccleſiaſtici corporis vnitas fortius commendatur: quia religionis cultum ſic Dominus inſtituit, vt in beatiſsimo Petro Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, atque ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua vellet in corpus omnẽ manare. Vnde conſtat ab vniuerſi orbis cõmunione ſeparatos eſſe, ſicut B. Pelagius docet, qui qualibet diſſenſione inter ſacra myſteria Apoſtolici pontificis memoriam ſecundum conſuetudinem non frequentant. Papa autem ſecundum quoſdam dicitur Admirabilis vel coronatus, ſed quod melius eſt pater patrum, id eſt, Epiſcoporum. Sequitur & antiſtite noſtro. Sicut enim vniuerſalis Eccleſiæ commemoratio propter vnitatem ſocietatis & pacis cõiungitur commemoratione Apoſtolici pontificis, ita dignum & religioſum eſt, vt ſingulæ Eccleſiæ commemorationem ſuorũ ſubiungant antiſtitum, probantes per illam orationem, ſerua-

Adunare verbum.

Quare Papæ mentio in Canone.

re cum eis vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Orthodoxi, id eſt, rectæ gloriæ dicuntur, eo q, nullo errore deprauati rectæ fidei confeſsione Deū glorificent. Idem ergo ſunt Catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultores. Catholicæ, id eſt, vniuerſalis, quæ vniuerſa vbiq; ſeruat Eccleſia. Eiuſdēq; Apoſtolicæ quam in toto mūdo doctrina Apoſtolorum fundauit. Additur, Per Chriſtum Dominum noſtrum: quia aliter nec oratio Eccleſiæ, nec oblatio Deo offerri poteſt, niſi per vnū mediatorem Dei & hominū, quod ipſe in Euāgelio commendat, dicens: Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Quam petitionis formam in omni oratione cuſtodit Eccleſia, cū dicitur: Memento Domine famulorū, famularumque tuarum: & ſic deinde ſubiungitur, & omnium circūſtantium, manifeſtum eſt quod quaſi quidam locus ſit, vbi aliquibus ſpecialiter nominatis, etiam cæterorum qui aſsiſtunt in Eccleſia commemoratio adiungatur. In quo loco aut liberum eſt ſacerdoti, quos deſideraue rit peculiariter nominare, & nominatim Deo commendare, aut certè illud ab antiquis eſt obſeruatum, vt ibi offerentium nomina recitarentur. Prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina ſunt dicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia quæ præmittimus. Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio: id eſt, quàm rectè credant, & quàm deuotè diligant, tu ſolus vides in cōſcientijs eorum, qui tibi offerūt. In quibus verbis fideliter cōſiderandum eſt, quòd tota Ec-

Catholicus & Orthodoxus quo modo differant.

Orationes pro defunctis in Canone.

Offerentiū nomina antiquitus recenſebantur.

Quorū tibi fides cognita eſt.

cleſia Deo offerat illud ſacrificium laudis, quia de omni multitudine circumſtantium dicitur, qui tibi offerunt. Quod enim adimpletur propriè miniſterio Sacerdotum, hoc generaliter agitur fide, & deuotione cunctorum. Sacrificium dicitur laudis, quia in laude illi⁹ offertur. Non enim noſtra illi damus, ſed ſua reddimus pro ſe, ſuiſq; omnibus, id eſt, ad ſe, vel genere vel familiaritate, vel qualibet alia conditione ſub eiuſdem fidei promiſsione pertinentibus, tam viuentibus quàm defunctis. Et hoc qua ſpe faciant, ſubiungitur: quia non pro reliquo terreno appetitu, non pro temporali lucro, ſed ſolummodo pro redemptiõe animarum ſuarum, quia in ipſo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſsionemq; peccatorum: pro ſpe ſalutis, id eſt, pro vita æterna quæ vera ſalus. Spe enim ſalui facti ſumus. Nec ſolum pro ſalu te æterna, ſed etiam pro temporali incolumitate, id eſt, corporali ſanitate. Incolumitas enim dicitur, ſanitatis integritas. Vtraq; autem ſanitas ab illo eſt, & animæ ſcilicet & corporis, de quo in pſalmo canitur: Domini eſt ſalus. Reddunt vota, id eſt, ſacrificia, vel vota fidei & piæ deuotionis, communicantes, vſque, omnium ſanctorum. Sequitur offertorium, & omnes circunſtantes qui ſimul offerunt, dicit communicare, & memoriam venerari Beatæ Dei genitricis & omnium ſanctorũ, quia vt ſacrificium Deo poſsit eſſe acceptum, non alibi hoc offert, niſi in communione & ſocietate ſanctorum, & in eorum memoriæ veneratione tanquam in

Adſtantes miſſæ etiã offerre cum Sacerdote.

Quare diuæ virginis & Sanctorum mẽtio in Canone.

vero

vero templo Dei, quia in his voluit omnipotés Deus Eccleſiæ ſuæ conſtare fundamentum. Ideo ſumus communicantes eorum memoriæ tanquam filij patrum, & ſectatores præcedentium. communicantes, id eſt, participantes fide illorum, quia tandem fidem habemus, quam & illi habuerunt. Memoriam venerátes, id eſt, cum pietate & humilitate veſtigia eorum ſequentes. In hac autem commemoratione ſanctorum Beata Dei genitrix primum ponitur, per quam & illi & nos meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, & ei iungitur commemoratio ſanctorum Apoſtolorum, martyrum, non ſolum eorum, qui hic nominatim exprimuntur, ſed & omnium quorum nec nomina.

HIC MVLTA deſiderantur.

EPISTOLA

ALBINI AD CA-
ROLVM MAGNVM.

BEnedictus ſit Deus pater omnipotens q te creauit & honorauit: & benedictus ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei viui, qui te redemit & elegit. Benedictus ſit Spiritus ſanctus paraclitus qui te illuminauit & dilatauit cor tuum in omni ſapientia & ſcientia claritatis dilectiſsime. D D. & dulciſſime Domine, & benedicta ſit ſancta Trinitas, vnus Deus omnipotens, pater & filius & ſpiritus ſanctus, qui mihi ſeruulo ſuo licet indigno talem cōceſsit Dominum amicum, & adiutorem gratiæ ſuæ, qui mihi per ſeruum ſuum beatæ memoriæ magiſtrum meum miniſtrare clementer dignatus eſt. Et benedicta ſit poteſtas & regnum tuum & filij tui & filij filiorū tuorum vſque in generationes ſeculi ſempiternas, & veniat ſuper te, & ſuper tuam generationem benedictio Sanctorum, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. vtque ſanctiſs. voluntas ſemper vigeat, floreat & creſcat in corde tuo, clariſſime Eccleſiæ Chriſti rector & defenſor. Repletus ſum gaudio veſtram audiens proſperitatem, & exaltationem, & totus iucunditate exhilaratus, dum veſtræ beatitudinis literas accepi, legi & oſculatus ſum. Vnde & aliquid fami

liarius veſtræ dilectioni ſcribere præſumo, & illatas quæſtiunculas venerabili affectui veſtro præſentare. Sciens autem ſcholaſticæ inquiſitionem eruditionis, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſolertiam, veſtræ clariſsimæ ſapientiæ, & dulciſsimæ familiaritati gratam eſſe & iocundam, & quicquid vrbanitatis ſalis conditum cognoſcitur veſtris intellectualibus fauorabile auribus, & acutiſsimis ſcientiæ oculis amabile eſſe probauimus. Vnde quod ſcholaſtica tyronum iuuentus flaccidis ingerere auribus ſolet, veſtræ ſanctiſsimæ prudentiæ dirigeratum duximus, & inde ſolatia reſponſionis quærere, vnde ſophię flumina manare nouimus, tametſi has interrogationes veſtræ ſanctiſsimæ ſapientiæ patefieri poſſe fateor. Et ne meæ aliquis ruſticitati præſumptuosè reſponderet, veſtrum laudabile ingeniũ, & præfulgens eruditionis cacumen conſulere tutum eſſe putauimus. Nam vel vt vermes feneſtris inuolant æſtiuis, ſic auribus meis inſident quæſtiunculæ, & horum conuenientium nunc temporum excitati de Eccleſiaſtico munere interrogãt cur ſeptuageſimus, & ſexageſimus vel quinquageſimus ordo per dies dominicos ante quadrageſimũ dicatur vel colatur. Si reſpondero Eccleſiæ hanc eſſe conſuetudinem, & Romana auctoritate huius religionis ritum eſſe firmatum, minus illis videtur auctoritati, quia dico nihil ſine cauſa in Eccleſiaſticis conſuetudinibus à doctoribus conſtitutum præcipuis. Maximè titubat illorũ ſenſus, quod numerus prædictus ordini dierum non

conue-

conuenit vbi dicũt LXXmus, ibi nõ ſunt LXXta dies, vſq; ad reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Similiter vbi LXmus numerus notatur in diebus Dominicis, nullatenus cõputo dierum conuenit vſq; ad Paſcha. Iterum ſi duo ſynecdochicè dictũ eſt, id eſt, à parte totũ, quæ quidẽ tropica locutio, vt vos optimè noſtis, ſcripturis ſanctis vſitatiſsima eſſe dinoſcitur, ſicut in tribus diebus, & trib⁹ noctibus, quibus Dñs noſter Ieſus Chriſtus in ſepulchro requieſcere legitur, intelligi neceſſe eſt, & multis in alijs locis, quæ omnia ſi dicantur, libri excedunt, magnitudinẽ addunt. Quærere tamen cur LXXma vel LXma, vel Quinquageſima in tanto tempore dicãtur. Audiui dum Romæ eſſem quoſdam dicẽtes Magiſtros, quod orientales populi viij. hebdomadas, & Græci viij. & Latini vij. ieiunare ſoleant, & inde ex conſuetudine Romana ſumpſiſſe Eccleſiã LXXta, LXta, & Lta dies nuncupare dominicos. Hoc quia à talibus non audiui magiſtris, quorum auctoritati me traderem auderem, omnino confirmare nõ fui auſus. Quapropter reſtat adhuc aliquid quærendum quod tẽpori conueniat, & rationi cõcordet, & noſtro nõ aduerſetur. Videtur LXXus dici poſſe dies propter decẽ hebdomadas, quæ ſunt ab ipſo die vſq; clauſum Paſcha, quo die alba tollũtur veſtiméta à nuper baptiſatis. Igitur in Apoſtolo legitur: Regnauit mors ab Adã vſq; ad Moyſem, & ſignificat vſq; ad vltima tempora. Porrò LXma inde dici poteſt, qa LXta ſunt dies vſq; ad mediũ Paſchæ, quod eſt feria quarta pa-

ſcha-

ſchalis hebdomadis. L^ma^ verò, quia decurrit vſq; in diē ſanctū reſurrectiōis Dñicę. Quadragenarius etiā numerus cum dñica ſua currit ad myſticū Paſcha Hebræorū, quod Dñs noſter Ieſus Chriſtus cū diſcipulis ſuis celebrauit, & nos dicimus cœnā Dñi. Nec typica interpretatio his diſcordare videtur rationibus. Nā ſeptenarius ſpiritui ſancto cōuenire multis in locis ſacrę ſcripturę noſcitur. Vnde poſt vij. hebdomadas Spiritus ſanct⁹ miſſus eſt de cœlo in igneis linguis, M.C.XX. nomina credentiū, & vij. dona ſancti ſpiritus, legimus in Prophetis, & tunc maximè cū alba tollūtur veſtimenta à baptiſatis, per manus impoſitionē à Pōtifice accipere Spiritū ſanctū cōueniens eſt, qui in baptiſmo omniū receperūt remiſsionē peccatorum, & per vij. dies in Euāgelico caſtitatis habitu, & luminib⁹ cœleſtis claritatis, ſanctis aſsiſtere ſacrificijs ſolēt. Necnō & ſenarius numerus perfectiōi vitę noſtræ concordat, quia ſex diebus oīa opera perfecta fecit Deus Creator omnipotēs, & ipſe ſenarius numer⁹, ſicut veſtra doctiſsima ſagacitas, partibus ſuis eſt perfectus. Sed & quinarius per decad. ductus ad reſurrectionē Chriſti cōcurrit, ſignificās nobis remiſsionē omniū peccatorū eſſe, & iuſtificationē vitę in Chriſto. Quadragenarium verò ꝑ decad. ductū quater pœnitētię typū multis in locis tenere cōſtat. Vnde & ipſe Dñs noſter LX. diebus ieiunauit. vtque prædicatio prima fuit: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorum. Et ſicut Moyſes legem, Helias Prophetiam, ita Dominus noſter Euangelicam

prædi-

prædicationem XL^ta^ dierũ ieiunio dedicauit, & vt veſtra nouit ingenioſa, & præclara in om nibus philoſophorũ diſciplinis prudentia, quia mirabiliter quadragenarius numerus, qui pœnitentiæ, vt diximus, conuenit, ſi per ſuas diuiſiones partitur, & per partes ſuas creſcit vſque ad L^um^ peruenit. Quia per pœnitentiá ad remiſsionem peccatorum noſtrorũ eſt nobis feſtinádum. ſed & aliquid adhuc mirabile in hac conſideratione de cõuenientia ſenarij numeri inueniri poteſt, & quodámodo principium huius repreſentationis mirabili fine cõcordat numerorũ regulis. Igitur inter LXX. & LX. reperiũtur dies, ſimiliter inter LX. & L. & iam inter L. & XL. ſenarius inuenitur numerus, & faciunt xviij. Qui numerus ſi rationabiliter conſideratur, & diuiditur in tres partes, æquales erũt ter ſex, & eſt ratio ſimpli ad duplum, & ſignificat duplam mortem noſtram, ad ſimplam mortẽ Chriſti. Quia nos duabus mortib⁹ fuimus obnoxij, id eſt, animæ & corporis: ille ſimpla morte ſua & innoxia duplam deſtruxit noſtrã, & ſimpla reſurrectione ſua duplam oſtendit noſtram, & perdonauit vnam, nunc in anima, alteram in die magno aduentus ſui in corpore: vt ſit tunc vnus homo glorioſus corpore & anima, qui prius fuit mortalis anima & corpore, anima peccato, corpore corruptione. Similiter & ſi finis conſideratur calculationis, cõuenienter huic rationi videtur cõcordare. Nam inter quintam feriam cœnæ Dominicæ, in qua quadragenarius numerus decurrit vſque in reſurrectionem

ctionem Domini,id eſt, Dominicã diem, quo quinquagenarius numerus peruenit, duo ſunt dies. Item à Dominica reſurrectionis die, vſque in quartam feriã, quo LXmu numerus impletus eſt,duo ſunt dies. His verò ſi iũguntur duo & duo & duo,faciũt ſex. Et iſte ſenarius ſi diuiditur in duo & in quatuor eadẽ ſimpli & dupli ratio inuenitur in eo. Ita vt concordia pertineat ad reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Illa prior ad paſsionem,in qua redẽpti ſumus,& iuſtificati,ſicut beatus Apoſtolus ait: Chriſtus paſſus eſt propter redemptionem noſtram,reſurrexit autem propter iuſtificationem noſtrã. Poteſtis ex hac ſpeculatione veſtris demonſtrare familiaribus,quia iucunda eſt,& vtilis Arithmeticæ diſciplinæ cognitio, quã & veſtræ diligentiæ bene notam, & per vos alijs cognitam eſſe credimus. Plurima ex hinc dicere potui, ſed nolui chartulæ excedere modum:& maximè,quia non ignorãti ſcripſi, ſed ei,qui hæc omnia optimè nouit. Ideo perpaucis hęc pręlibaui verbis, quia vobis hęc omnia notiſsima eſſe ſciebã. Et vt dictũ eſt: Cũ ſapiente paucis vtendum eſt verbis. Et beatus qui loquitur in aurẽ audientem,id eſt,intelligentem. Mihi itaq; in fine epiſtolæ cũ Regina Saba dicendum eſt: Beati viri tui, & beati ſerui tui, hi qui ſtant corã te ſemper,& audiunt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti,& poſuit te ſuper thronum Iſraël in ſempiternum, & conſtituit te regem vt faceres iudicium & iuſtitiam.

INCIPIVNT VERSVS DE MYSTERIO MISSAE IN vetuſtiſs. Codice incerto autore, quos ob antiquitatem, cùm pleriq; ſint manci, aut vbique non conſtent, mutare conſultò nolumus.

SCribere propoſui quid myſtica ſacra priorum
Miſſa repreſentet, quid'ue miniſter agat.
Pro multis vna pro quotidie repetitis
Eſt oblata ſemel hoſtia vera Deus.
Inuolucrum legis Chriſtus patefecit, ouemq́;
Significatiuam vera remouit ouis.
Presbyter hanc offert, & in hac ceſſare figuras
Remq́; figurarum teſtificatur agi.
Sic etenim templi, ſic & crucis exprimit aram,
Vt ſacra commemoret illius, huius agat.
Ergo quid in Miſſa vel agatur, vel memoretur,
Quæ quibus aſſimiles ſub breuitate canam.
Turba Prophetarum venturi nuntia Chriſti
Myſterium fertur præcinuiſſe crucis.
Hunc deſiderijs, hunc laudibus, hunc prece multa
Præſuſpirauit, extulit, expetijt.
Hæc tria commemorat, ſimiliq́; ſub ordine ponit
Introitus miſſæ, quæ chorus ante canit.

Ante recenſentur ſuſpiria, poſtea laudes,
Inde preces, in quo quæq; notantur, habes.
Exprimit introitus ſuſpiria, gloria, laudes,
Kyrieleiſon ter triplicata preces.
Interea veniens in ſacra veſte ſacerdos,
Altaris dextram dona daturus adit.
Illius aduentus, quibus ô Iudæa reuiſit
Te tuus Emanuel, tempora plena notat.
Secreta ſiquidem proceſsit ab æde miniſter,
Ortu ſecreto venit ad ima Deus.
Veſtibus ille ſacris tegitur, texit caro verbum
Tota carens macula, tota ſacrata Deo.
Ille ſtat à dextris, quia quæſijt autor inanes
Per ſacrata Deos, gens quaſi dextra fuit.
Angelicum poſthæc ſacrifex pater incipit hymnum,
Inceptum complet vociferando chorus.
Incipiens memorat, quo Saluatoris in ortu
Gaudia paſtores angelus edocuit.
Cantica quæ poſt hunc Superi cecinère recenſet,
Gloria, quam complet vociferando chorus.
Hinc oraturus, alios hortatur vt orent
Diſcipulos Chriſtus, iuſsit, & egit idem:
Nam turbas in monte docens, orauit, & ipſis
Orandi formam fratribus inſtituit.
Lectio quæ ſequitur, doctrinam ſignat eorum,
Qui ſunt præmiſsi ſeptuaginta duo.
Illorum monitis dum reſponſoria cantat,
Edocet aſſenſum ſe tribuiſſe chorus.
Alleluya ſequens, memorat, quæ gloria mentis
Quam pia laus oris ſit comitata fidem.
Inde ſiniſtrorum Domini ſacra verba leguntur,
Plebs baculos ponit, ſtat retegitq; caput.

Néue ſuperueniens zizania ſeminet hoſtis
Frontibus imprimitur myſtica forma crucis,
Reijciente fidem Iudæa, gratia Chriſti
Tranſiit ad gentes, Iſraël errat adhuc.
Tranſitus his quotiens Euangelium recitatur
Mentibus occurrit, exprimiturq́ loco.
Ad læuam legitur, quia quò tranſiuit aberrans
Et velut à læua gens idolatra fuit.
Vt ſis attentus, patiens, erectus in hoſtem
Et caput & baculus, & ſtatus ipſe docet.
Quippe caput retegens attentè audire moneris.
Parcere cum baculum reijcis, inſtrueris.
Stans diſcis, quomodo ſtantes pugnare ſolemus,
Quod te pugna grauis ſub vigili hoſte manet.
Succinit ecce chorus fidei compendia noſtræ
Aſſenſum verbo ſe tribuiſſe docens.
Hinc etenim monſtrat, quantum profecerit in quem
Credidit, quæ ſit, quidue data fides.
Ordo bonus, quomodo quo rex vocat atq; magiſter
Reſpondit miles, diſcipuluſq́ ſequor.
Quamquam notam paſtor nouit, propriamq́ fatetur
Hac ſe ſignatam teſtificatur ouis.
Quæq́ probant opifex, & ſignifer, & caput idem
His opus eſt membris, his ſua membra fauent
Sic confeſſa fidem pia plebs orare monetur
Vt ſit in hac ſtabilis, ſemper vt aptet opus.
Effectum reſpondet chorus offertoria cantans
Tanquam ſi dicat, credo, fatebor, agam.
Hinc eſt poſt quod hæc offert ſacranda miniſter
Dona dehinc populus, quod ſi lege licet
Ordo docens Euangelium præcedere cernis,
Pone fidem pandi, dona deinde dari

Au-

Audis vt credas, & credis vt hoſtia fias,
Taliter incipimus eſſe, ſumusq́; Dei.
Propterea donis quæ plebs deuotior offert
Dona domus Iudæ, commemorare licet.
Cùm Salomon templum, Salomon altare ſacraret,
Oblata à populo victima multa fuit.
Exemplo Iudæa tuo plebs vſa fidelis
Altari dat ſe, dat ſua tu neutrum.
Non ſine myſterio, ſine re, vel panis ad aram
Vel vinum fertur, cui ſuperaddit aquam.
Vtq́; danda Deo præſignauêre figuræ,
Traditio docuit ſanctior verſus habet.
Vitaq́; ſub typico ritu formaq́; futuri
MelchiſedechDomino ſacrificaſſe fertur.
Vtq́; diſcipulis cœnantibus ipſe Redemptor
Tradidit in corpus vitaq́; verſa fuit.
Vſus & ipſe placet, qui ſic mactatur in imis
Vt ſit in excelſis inuiolata caro
Admixtum vino laticem miraris, at ipſum
Grande ſacramentum eſt, nec ratione vacat.
Vnda fluens, homo præteriens ea mixta Lyæo
Eſt Chriſto, Chriſti ſanguine iunctus homo.
Diuidit vnitos, vel aqua, vel vina miniſtrans,
Et caput à membris ſeparat ipſe ſuis.
Præterea nil fons ſine ſanguine, nil ſine fonte
Sanguis vſq́; ſimul, ſaluat vtrumq́; ſacros.
Cùm rimaretur pendentis viſcera Chriſti
Lancea manauit ſanguis & vnda ſimul
Sicut vtrumq́; ſimul fluxit, ſimul offert vtrumq́;,
Vnum deme crucis, non imitaris opus.
His ita præmiſsis ſecretò preſbyter orat
Secretas memorans, aſſimilanſq́; preces.

Quas egit Chriſtus, cum te iam vnda permoto
Abſceſsit modicum, terq́; precatus erat.
His precibus veluti labiorum victima quædam
Eſt oblata, typum legis & ipſa gerens.
Pro ſe, pro populo, pro principibusq́; Sacerdos
Supremus Domino myſtica dona dedit.
Nam ſua, nam populi, nam pontificum malefacta
Portarunt aries, & caput, & vitulus.
Pontificum vitulus, populi mala pertulit hircus
Ipſius exceſſu, dux gregis ipſe luit.
Hæc tria Saluator triplici prece commemorauit,
Pro ſe pro nobis omnibus vnus agens.
Iam ter humi ſtrato contriti cordis, & illi
Sanguineus ſudor crux fuit ante crucem.
Iam tunc anxietas finem ſpondentibus vmbris
Et veteri ritu gratior vnda fuit.
His actis populum ſublimi voce ſalutat
Preſbyter, & ſurſum corda leuare monet.
Inde patri gratias per Chriſtum ſemper agendas
Aſſerit, & poſthæc, dona ſacranda ſancta.
Si bene cuncta notes, hoc totum filius egit,
A prece diſcipulis inde petendo crucem.
Primum iuſsit eos vigilare, ſtatimq́; precari,
Poſt dormire, dehinc agnus & ara tulit.
Nimirum dum dicit eis, vigilate, ſalutat
Quippe ſalus animæ, ſi vigilemus adeſt.
Dum iubet orari, ſurſum corda ſuadet habere,
Orari ſiquidem ſola ſuperna iubet.
Dum tandem vocat ad requiem monet edere grates,
Mentis enim requie, gratificamur ei.
Nam grates agere eſt Domino, nos reddere grates,
Quod facit à vitijs, mens, manus, osq́; vacans.

Vt talis fiat, quiſquis ſub iudice Chriſto
Sacrificat, ſub quo iuſtus & ipſe tremit.
Cum Superum cantu, quos aræ conſtat adeſſe
Admitti proprias poſtulat ille preces.
Poſtulat vt ſua vox laudi concordet eorum,
Quos aſtare ſacris pagina multa docet.
Si verbis hominis quem nectar vſq; ſupernum
Eructaſſe liquet, vis adhibere fidem.
Tempore quo ſupplex aſſiſtit Preſbyter aris,
Mactatur pater, filius ipſe manens.
Æthra patet cœleſtis, adeſt chorus, ima ſupernis
Iunguntur, fiunt auctor, & actus idem.
Cætibus his dum mens, dum vox, dum vita miniſtri
Concordant, grates indubitanter agit.
Hinc bene cum populo, ter ſanctus, quæq; ſequuntur
Antea quàm ſacret, myſtica dona canit.
Credimus has laudes aſſumptas ex Iſaia.
In quibus innuitur trinus & vnus apex.
Ter poſitum ſanctus trinum notat eſſe, ſed vnum
Declamat Dominus, atq; Deus Sabaoth.
His tribus, huic vni ſacrifex luat, angelus offert,
Aſſcribit clerus, plebſq; venatur idem.
Et quia percipiunt in ſacro munere quiddam,
Pro ſacro Dominum munere glorificant.
Laudibus his venatur eum, quibus æthra reſultant,
Quas duo de Seraphin, nocte, dieq; canunt.
Has pro perceptis quaſi grates ritè præſentant,
Ne quando fruſtra percipienda petant.
Hactenus explicui, quid repræſentet in ipſo
Officio miſſæ, quid'ue miniſter agat.
Ex quibus hoc totum in ede priore iubetur
Offerri coram commemorare licet.

Quicquid enim ſit in Eccleſia tantummodo proſit
Moribus aut fidei, victima grata Deo eſt.
Offerimus vitulos lingua, mactamus & hircum,
*Soluimus in cineres thus, ouiumq́ * vtrum*
Dum canimus, vel dũ legimus quo parua refrenet
Quod populum, quod nos ad meliora vocat.
Tunc etenim Vitulus, tunc ſanctificatur & hircus,
Cùm faſtum calcas, luxuriamq́ premis.
Agnus ab innocuis, à ſimplicibusq́ columba
Turtur ab his qui flent, gaudia ſumma procul.
In clibano coctos panes altaribus offers.
Si robur mentis nulla flagella mouent.
Conſperſos oleo, ſi vis pietas moderetur,
Inq́ reos infra, quam, liceat, abeat.
Non fermentatos, ſi mens ter purior aſsit
Excoquit, vt carnis fluxa ſupernus amor.
Offers & ſimilam, ſi quos diuiſerat error
Colligis, inq́ fidem iungis, idemq́ facis.
Hos cathechiſans molis in baptiſmate ingens
Vnis informans aſpera ferre coquis.
Sic eadem, moreſq́ docent, Chriſtumq́ figurant,
Sic geminos vſus cætera legis habent.
Quod verò miſſæ ſupereſt ita facta recenſet
Legis, vt exhibeat ſub cruce ſacra crucis.
Quippe recenſetur, quicquid lex præco futuri
Intra ſanctorum ſancta iubebat agi.
Hæc aperire labor, quia metro nominibusq́
Ignarus metri, inertiaq́ premor.
Da veniam Lector, rem tantam pandere & vſum,
Nam ſpeciem noſtris vſibus eſſe ſat eſt.
Non tamen exſpectes, vt ſingula verba vel actus
Quoſlibet aggrediar clarificare tibi.

Ad

Ad ſummam rerum erret ſtylus, & quibus vmbram
Legis opusq́, crucis exprimit ara canam.
Et ſemel & ſoli ſanctorum ſancta patebunt,
Pontifici precibus plebe vacante foris.
Angelus his velo diſtabat ab æde priori
Aduentum Superum, colloquiaq́, ſacer.
Idem thuribulo, ſimul & thimiamatis ara
Et teſtamenti fœdere clarus erat.
Clarus & inſigni tabula quæ præminet arce,
Quam ſuper obnubit pronus vterque Cherub.
Summus eô præſul ſemel accedebat in anno,
Pro ſe pro populo myſtica dona ferens.
Scilicet illius hirci vitulíq́, cruorem,
Quos proles Aaron immolat ante fores.
Carboneſq́, ſemel, quos deſuper exteriorem
Sumendos aram pagina ſacra docet.
Hos in thurribulo ponit, verumq́, ſacerdos
Thus cremat, vt fumus iubet, obumbrat eam.
Aſpergit tabulam, poſt hæc aſpergit & aram
Exterius ſacram ſanguine pacifico.
Hinc redit ad populum, veſtes lauat attamen idem,
Non in ſub ſácro veſpere mundus erat.
Hic locus, hic ſacrifex, ea munera ſigna fuêre,
Signa receſſerunt, ſignificata manent.
Exprimit Eccleſiam prior ædes, altera cœlum
Antiſtes Chriſtum, ſanguis amara crucis
Carbones ſummam virtutum Chriſte tuarum,
Thurribulum carnem, thura cremata preces.
Summa tabella patrem, cœleſtes cohortes
Veſte notatur homo, veſpere mors hominis.
Hæc perſtricta tibi rerum velamina pandunt,
His ea ſed veluti ſemi retecta vides.

Ex his non aliter ſit res tibi præuia, quàm ſi
E foribus ſpectes interiora domus.
Interiora ſacri te Chriſte docente patebunt,
Cuius morte patent interiora poli.
Quas igitur partes perſtringere nitor,
Sicut & hæc ſeries Canonis expoſui.
Sic leuius diſces quid opus, quid verba magiſtri
Quid reminiſcantur, legis agant'ue crucem.
Intrabat præſul vitulorum ſanguine ſacrum,
Intrauit proprio Chriſtus & ipſe polum.
Intrat agens ſacrifex in ſanguine ſemper ad aram,
Effuſi ſemper ſanguinis ipſe memor.
Nam quotiens fuſum, verbo, cruce, mente retractat,
Hunc ſpecie totiens in ſacroſancta gerit.
Quippe velut quidam cruor eſt meminiſſe cruoris,
Mentio mortis adeſt, vbicunque perennibus eſcis
Imprimit iuncta manus, myſtica ſigna crucis.
Sic Aaron Chriſtum ſequens altare frequentat,
Preſbyter hunc hauſtum ſanguinis ipſe gerit.
In primo ſiquidem verſu vexilla ſalutis
Ter ſuper appoſitas prærogat ille dapes.
In quo iam mortis, mitiſq́, piusq́, recordans,
Appellat triplici nomine munus idem.
Dona vocat primum, mox munera nuncupat eſcas,
Poſt ſacrificij nomine cenſet eas.
Dona vocat, quoniam Deus hæc donauit, vt inde
Suſtentaretur, lege, modoq́, caro.
Munera ſunt eadem, quoniam his donatur, & inde
Munerat autorem, cui dedit autor eas.
Namque ſacrificij cenſentur nomine, monſtrat,
Qua ratione prius munera dicat eas.
Scilicet

Scilicet idcirco, quia ſacrificantur, & aptè
Munerat autorem, qui data reddit ei.
Sic eadem quæ dona vocat cùm ſacrificantur,
Munera ſunt, quoniam, munerat inde Deum.
His quoque nominibus pulchrè ſatis hoſtia Chriſti
Innuitur ſcripto iam recreata meo.
Hoc etenim totum quod ſplendebatur in illis,
Completum memorant, ſub ſpeciemq́; gerunt.
Nam quod ſperauit prior in cruce ſacerdos
In caput populum, in vituloq́; duces
Crux dedit, eſca ſapit, totum canit omnibus eſca
Nominibus trinis, hæc tria ſacra notat.
Ingrediens ſacro ſanctum Leuiticus orat
Pro ſe, pro ſuo principe, gente, domo.
Ante crucem Chriſtus rogat & ſe clarificari,
Et cuſtodiri quos dedit ipſe Deus.
In cœlis etiam ſemper pro plebe Sacerdos,
Pro ſeruo Dominus, pro grege paſtor agit.
Noſter in hoc ſacrifex Aaron, Chriſtumq́; ſecutus,
Pro tota primùm ſupplicat Eccleſia.
Hinc etiam pro pontificis, regisq́; ſalute,
Pro reliquis infra ſicut oportet agens.
Lege iubebatur ſumptos altaris ab igne
Carbones viuos in ſacroſancta geri.
Lege iubebatur Aaron feſtinus eiſdem
Thurribulo poſitos thus adolere Deo.
Thurribulum carnis tanquam carbone refertum
Virtutum cumulo Chriſtus ad aſtra tulit.
Mox ex igne Deo quo mentis fluxa cremantur,
Quo laxæ carnis lubrica ſumpſit homo.
Tanquam carbones intrat ſacroſancta Sacerdos,
Nomina ſanctorum commemoranda gerens.

Hos etenim viuis carbonibus aſſimilamus,
Qui ſplendent actu,iuris amore calent.
Denique ſi ſequitur,quod lex iubet,vmbra figurat,
Dum litat hunc ignem,mente miniſter habet.
Ingrediens etenim ſanctorum ſancta ſacerdos
Pectore geſtabat,nomina ſcripta patrum.
Scilicet inſinuans exempla,fidemq; priorum
His imitanda quibus myſtica menſa parat.
Hæc ſatis eſſe Deo,verbis meminiſſe bonorum
Si non exhibeas,moribus ipſe bonos.
Sic ſacrifex intusq; calens,extraq; coruſcans
Carbones carbo factus & ipſe gerit.
Sic bene contexit multorum nomina patrum,
Sic meritis multos exprimit ipſe patres.
Hac nebula fumi tegitur,leuiticus orans,
Vt pateat nulla dum thymiama cremat.
Hac prece pro nobis,hac ſedulitate precatur
Chriſtus, vt angelicum tranſeat intuitum.
Neſcitur quantum ſumptæ præſentia carnis
Poſſit apud patrem,quod ſine voce preces.
His precibus cedit,quicquid leuiticus offert,
Et quocunque modo,tempore ſiue gradu.
His precibus primum deſiſtere iudicis iras,
Et flecti conſtat,& meminiſſe patrem.
Tanquam ſub nebula ſacra dona frequẽtat & offert,
Quiſquis agit Chriſti,Chriſtus & ipſe vices.
Hæc etenim virtus,hæc efficientia verbi
Et crucis eſt,vt mens,linguaq; cedat ei.
Neſcit homo,latet & ſuperos,quò prouehat eſcas
Gratia verborum,myſteriumq; crucis.
Incipit his verbis ſupplex inſtare ſacerdos,
Quæ ſalua ſpecie munus vtrunq; nouant.
Incipit

Incipit,& toto contritus corde,cremansq́;
Thuribulo mentis lucida thura precum.
Orat vt accipiat placatus dona,ſuaq́;
Ordinat in pace tempora noſtra Deus.
Orat vt accipiat de maſſa perditionis,
Inter & electos nos numerare velit.
Orat vt hic idem benedicat,quas dedit eſcas,
Orat vt aſcriptas atque ratas faciat.
Orat vt hoc altaris opus ratione geratur,
Sitq́; quod acceptet,quod probet ipſe Deus,
Dum rogat vt Dominus quæ cõdidit, hæc benedicat,
Vt nouet in melius,promoueatq́; rogat.
Dum rogat aſcribi quod eam ſi præroget eſcam,
Atque dicet propriam ſanctificando rogat.
Dum rogat eſſe ratam, ne fruſtra ſeparet in illa,
Sed ſit quæ proſit, ſint rata vota rogat.
Dum rogat hanc ratione geri,quæ munera rectè
Offert,vt rectè diuidat ipſe rogat.
Iſtius ergo dapis benedictio,gratia maior
Vberior fructus perpetuansq́; vigor.
Hoc ſanè totum verbis confertur in illis,
Quæ ſubdit ſacrifex, non ſua,ſed Domini.
Quippe recenſurus,quæ protulit ille vel egit,
Cùm cœnans idem,cœna beata fuit.
Præmittit dicens, Qui pridie quàm pateretur
Panis in hoc verbo,ſed adhuc communis ab ara
Sumitur, & ſumptum tollit vterque manu,
Preſbyter hinc idem cùm peruenit ac benedixit,
Imprimit elato myſtica ſigna crucis.
Nec prius in menſam dimittit quam tua Chriſtus
Verba repræſentans explicet iſta Deo,

Inde

Inde leuat calicem, ſignatq́; nec ante reponit,
Quam ſuper autoris verba retractet ita.
Si qua fides patribus, quos vita beata perennat,
Eſca fit hoc animæ, quod modò carnis erat.
His verbis vtrumque nouas acquirere vires,
Maioresq́; ſuis ſcripta probata docent.
Sub cruce, ſub verbo natura nouatur, & aram
Panis honorificat, abſque cruore calix.
Preſbyter idcirco, cùm verba venitur ad illa,
In quibus altari gratia tanta datur.
Tollit vtrumque, notans quod ſit communibus eſcis
Altior, & quiddam maior vterque gerat.
Quæq́; parens animæ, carnis fomenta parauit,
Omnia ſacratis inferiora cibis.
Et quoniam quotiens libauerit iſta Sacerdos,
Chriſtus eum memorem præcipit eſſe ſui.
Hoc ſacramento nos commemorare fatemur,
Quòd mortem tulerit omni creator homo.
Qui reſurgens cœlos aſcendit, hinc ita ſanè
Qualem ſacrificem vult cibus ille notat.
Scilicet vt carne moriatur, mente reſurgat,
Ter quinis gradibus templa ſuperna petat:
Sic memores paſſi, ſurgentis ad aſtra volantis,
Et nos & pariter plebs tua magne Deus.
De donis proprijsq́; datis, vel munera pura
Munera ſancta ſed & immaculata damus.
Dona quidem nobis Domino data, nam quod in eſcā
Donat, nos ipſi ſanctificando damus.
Pura damus, quoniam non his eſt mixta vetuſtas
Aut ad ſaluandum non ope legis egent.
Sancta damus, quia ſanctas adiudicat eſcas,
Perficit & libans ſanctificatur eis.

Imma-

Immaculata damus, quia quod fuit immaculata
Hoſtia, quodq́; dedit, noſtra ſit, & dat idem.
Preſbyter aſsiſtens implorat, vt illa ſerenus
Reſpiciat clemens ac beet illa Deus.
Nec minus hæc placeāt, quā quod puer obtulit Abel,
Quàm quod Abram, quā quod rex ſacrifexq́; Salē.
His tribus innuitur variorum forma ſacrorum,
Quæ ratio, quæ lex, quæ ſacra cœna dedit.
Lex naturalis, lex tradita, lex breuiata,
Placauere Deum munere quæq́; ſuo.
Et tamen impariter, quia ſpeq́;, fideq́; ſupremus
Dicitur in reliquis plena fuiſſe ſalus.
Hæc ſi ſufficiens, nec eget perfecta futuris,
Nec de præteritis, vnde vnietur, habet.
Aſpergi tabulam, lex verba iubebat & aram,
Dexteriusq́; ſacrum ſanguine pacifico.
Filius aſſeritur totiens aſpergere patrem,
Aſperſo quotiens ſanguine placat eum.
Aſpergit ſemper ſuperos, quia ſemper eorum
Aſperſo reparat, reſtituitq́; gregem.
Aſpergit ſemper homines, quia ſemper & ipſos
Aſperſos renouat, conciliatq́; patri.
Nos aſtans aris aſpergit & ipſe Sacerdos,
Cùm memor aſperſi ſanguinis vnit eos.
Vnit eos placando Deum, ſupplendo ruinam
Spirituum, vitam reſtituendo reis.
Vita Deus moriens, huic totum præſtitit orbi,
Hoc per eum mortis mentio placat eum.
Tunc idem cætus aſpergit cœlicolarum,
Cùm ſemel aſperſi mentio ſupplet eum.
Tunc aſpergit eos quos abluit vnda ſalutis,
Cùm ſemel aſperſi mentio purgat eos.

Preſby-

Preſbyter hæc ſatagens ſumpta ſi ſimplice forma
In ſublime geri myſtica dona rogat.
Addit & erectus vt participatio menſæ
Quotquot eam ſumunt, proſit, & intus alat.
Néue ſepultorum pia mentio prætereatur,
Et bene defunctis, & ope poſcit idem.
Poſcit idem ope, dum ſanctis rogat aſſociari,
Quos & nominibus nominat ipſe ſuis.
Angelus is cuius manibus ſacer ille miniſter
De ſurſum miſſo dicit adeſſe ſacris.
Ara ſuperna Dei conſpectus eo ſacra ferri
Eſt etiam meritis ſacra placere Deo.
Angelicas ea ferre manus eſt præludere noſtro
Affectu ſuperos, myſterijsq́; ſacris:
Quo tamen ſecreto plauſu perlata feruntur
In ſublime placent, pacificantq́; Deum.
Ergo pius ſacrifex aſpergit ſanguine panem,
Eum ſic aſperſi mentio placat eum
Cùm viuis veniam, refrigeriumq́; ſepultis
Impetrat, & partem quam petijt ipſe ſibi.
Et ſuperos & mortales aſpergere fertur.
Namque nos purgat, mentio ſupplet eos.
Porrò cùm ſacrifex ſublimem nominat aram,
Quo ſupplex orat dona ſacrata geri.
Commemorat liquidò velaminis interiora,
Quo ſemel intrabat pontificalis apex,
Cùm ſacra perferri ſurſum rogat, innuit hircum,
Quem lex deſerti vaſta ſubire iubet.
Quippe duos foribus templi lex applicat hircos,
Vni deſertum deſtinat alter abit.
Chriſtus diuerſis reſpectibus hircus vterq;,
Nam tulit in ligno, viuit in arce poli.

Viuit

Viuit & hic humilis, deſerto regnat in illo
Quo proprijs humeris, ipſe reduxit ouem.
Sic meminit legis, meminit crucis ipſe Sacerdos
In ſublime vehi, munus vtrumq́, petens.
Idem commemorat ſanctos, humerale recenſet
Quo bis ſena patrum, nomina ſcripta gerit.
Pectus non logion, ſcapulas, humerale tegebat
Præſulis intrantis interiora ſacri.
Hic iuuatq́, gerens gemmis inſculpta priorum
Nomina venturi præco typuſq́, fuit.
Nomina non gerimus, logion cum nomina patrum
Citra principium Canonis exprimimus.
Nos humerale onus gerimus, cum nomina patrum
Hac in parte ſacri Canonis inſerimus.
Tunc & iam logion, tunc fert humerale miniſter
Cùm mores patrum, cùm labor ipſe placet.
Ecce ſubinfertur, quod tu bone conditor orbis
Per Chriſtum ſemper hæc bona cuncta creans.
Sanctificas, & viuificas, idem benedicis
Glorificans primæ conditionis opus.
Nam quia ſic homini, verbum Deus hæret vt vna
Sint perſona creans atq́, creatus homo,
Quidquid per verbum Deus ordinat aut operatur,
Per Chriſtum fieri dicitur illud idem.
Ergo per Chriſtum rerum natura nouatur
Communiſq́, cibus ſit ſpeciale bonum.
Per Chriſtum quoq́, ſanctificat Deus vnus vtrumq́,
Iuſtificat pariter & benedicit idem.
Sanctificat quomodo datur hæc quoq́, gratia rebus
Et bene percipiens ſanctificetur eis.
Viuificat quomodo datur hæc vegetatio rebus
Vt moriens intus viuificetur eis.

I *Hic*

Hic idem benedicat eis,quia peruenit inde
Vt benedicatur, qui bene ſumit eas.
Eſt honor,eſt etiam per Chriſtum gloria patri,
Per quem cuncta pater glorificanda facit.
Eſt ſemel in Chriſto,quem Deus vnus vterq;
Et quod in hoc vno eſt,eſt in vtroq; ſimul.
Ad populum regredi, veſteſq; lauare ſupremum
Pontificem,legis myſtica iuſſa volunt.
Ipſe tamen mundus, eadem ſic iuſſa canebant,
Nec niſi cum iam Sol occubuiſſet erat.
Eccleſiæ Chriſtus,quia non abeundo reliquit
Subueniens ad eam compatiendo redit.
Has eius veſtes,has viuis abluit vndis
Fons,qui perpetuò vulnera noſtra ſanat.
*Fons tamen illa lauans,donec famulabitur **
Sol velut immundus,atq; lauandus erit.
Fons enim membris,dum Sol agit iſte labores
Hærebunt maculæ,quodq; lauetur erit.
Dicitur ad populum tanquam remeare Sacerdos
Pro populo rurſum multiplicando preces.
Iamq; velut foris eſt, cùm vocem mutat,& orans
Amouet vt pariter,oret & ipſe chorus.
Amouet orandi formam ſublime reluctans,
Quam ſtatuit Chriſtus,edocuitq; ſuos.
Talibus officijs,interuentuq; ſacrorum,
Et ſimul iniuncta,ſanctificantis aquæ
Ipſe lauans populum,ſua veſtimenta lauare
Fertur,& apta Deo reddere fonte precem.
Eſt tamen immundus, donec Sol occidat idem,
Nam dum viuit habet,quod lauet omnis homo.
Sic ſacrifex remeans,vt dignus percipiendus
Fiat,& ad vitam ſumat vtrumq; ſimul.

Iam

Iam quaſi cum populo ſeptem ſibi dona precatur,
Quæ vult Chriſtus, inſtituitq́; peti.
Illorum tria prima quidem ſine fine manebunt,
Sed reliquis finem ſpondet amara dies.
Semper enim ſanctum nomen patris, idq́; beato
Quod metuat quod habet, quod vereatur erit.
Ipſe bonus ſemper, regnum patris inde profecto
Scandala cuncta procul, quodq́; reſiſtat erit.
Semper vt in cœlo, ſic in tellure voluntas
Fiet, & in neutro, quod reprobetur, erit.
Fit verò pariter, in vtroq́; paterna voluntas,
Cum quod amat, quod vult angelus, hoc & homo.
Præterea ſic quidam ſenſere priorum,
Terra, caro, cœlum, ſpiritus, accipitur.
Conſummatur in his pariter diuina voluntas,
Cum caro ſubijcitur, ſpirituiq́; fauet.
Hæc tria nunc iuſto varijs euntibus aſſunt,
Poſt mundi finem neſcia finis erit.
Quatuor eſſe ſinent, nam paſci nullus egebit,
Cuiue remittantur debita, nullus erit.
Tentari nemo poterit, mala nulla deinceps,
A' quibus electus liber & autor erit.
Nam verbum vitæ, panem puto quotidianum,
Siue ſacramentum, quo viget omnis homo.
Tunc neq; doctrina, nec ea dape nullus egebit,
Nam habet omne bonum, cui Deus ipſe cibus.
Et quia præteriti meminit præſente grauatur,
Venturum metuit Preſbyter ipſe malum.
Vt prece ſanctorum Deus illum liberet, vtq́;
Pax data tranquillet tempora noſtra rogat,
Officit Eccleſiæ cum perturbatio feruet
Pax in ſpe fructus ſemina iacta fouet.

Hinc ſequitur panis, hinc fractio tradita nobis
A Domino, quiddam legis & ipſa gerens.
Legis præcepto minui ſimilago iubetur,
Non niſi fruſtranti ſacrificando Deo.
Sic ſacrum panem cœnans fregiſſe Redemptor
Dicitur, & fractum diſtribuiſſe ſuis.
Nos quoq; ni fruſtra legem, Chriſtumq; ſequentes,
Apte partimur, dona dicata Deo.
Nam tres Eccleſiæ ſunt partes, vna laborat
Interijs partem iam fouet alta quies.
Partem quæ reſtat feruentior excoquit ignis,
Excoctæq; patet tranſitus ad requiem.
Diuiſas meritis, diuerſos ſorte locorum,
Tres iſtas partes hoſtia fracta notat.
Pars intincta mero, viuis aptatur opuſq;
Sanguinis & carnis, expiat ipſa caro.
Pro benè defunctis, quorum purgatior vnus
Hoc interuentu non eget, alter eget.
Offerri reliquas ratio iubet, obtinet vſus,
Sed tamen hic idem fructus vtriq; datur.
Nam dum pro iuſto ſacris aſſiſtitur aris,
Pro iuſto grates ipſe miniſter agit.
Cùm pro ſaluandis nunc pœnam temperat vltor,
Nunc & plena quies acceleratur eis.
His epulis epulas illius ſumimus agni,
Quem lex præcinuit, crux tulit, ara ſapit.
Preſbyter hunc miniſterio ſumpturus ab ipſo
Iam ſibi quam populo munera trina petit.
Internas ſiquidem primum rogat enumerari,
Quos in carne pudet turbine carnis agi.
Hinc in eo regno petit idem glorificari,
Quo ſua membra capit, glorificanda trahit.

Poſtremò

Poſtremò quia ſpiritui lenta càro reſiſtit,
Cædit & infelix ſpiritus ipſe, caro.
Implorat patrem, quia fiat vterq́ quod alter,
Concordesq́ velint, atq́ ſequantur idem.
Nam niſi re bene compoſita, nec iuſtificatur
Nunc nec in æternùm, glorificatur homo.
Hoc intellectu diſtinguit priſca vetuſtas,
Quod clerus triplici voce precatur ita.
Ad dextram reditura fidem Iudæa notatur
Cùm pater ad dextram ſedet, & explet opus.

INCIPIT

FRAGMENTVM

INCERTI AVTORIS DE RItibus & ceremonijs Eccleſiæ Romanæ, in antiquo codice repertum. Continet autem à Natiuitate Domini ceremonias per hyemem, quæ fragmento Carolino deſunt.

ANno videlicet iuxta Hebraicam veritatem à conditione mundi Milleſs. nonagentiſs. quinquageſimo ſecundo, Secundum alios verò annos v c.xc.viiii. qui eſt annus imperij Octauiani Cæſaris Auguſti, quadrageſimus ſecundus, quo compreſsis cũctarum per orbẽ terræ gentiũ motibus, firmiſsimã pacem ordinante Deo patre Ieſu Chriſto, ſextã mundi ætatem ſuo conſecrauit aduentu. Quo circa congruum erat, vt pax per totum orbem conſtituta eſſet, & homines perduelles ceſſarent à bellis & inimicitijs. Viæ quæque publicæ tunc tutæ fieri iuſſæ ſunt, quia veriſsima via debebat naſci, & vt ab omnibus potuiſſet agnoſci, homo fieri dignatus eſt. Vt enim illos alloqueretur, Verbum caro factum eſt. Sed antequam ex virgine naſceretur portenta & ſigna in cœlo & in terra patuerunt. Quadam nanque die cùm Cæſar Auguſtus vrbem Romam ingrederetur,

Sextæ ætatis mundi principiũ.

Chriſti ante natiuitatem ſigna & adumbratio.

hora

hora circiter diei tertia, repentè, liquido ac ſereno cœlo inſtar arcus cœleſtis orbem Solis ambire viſus eſt. Illum nempe præſagiens qui ipſum Solem, mundumque totum & feciſſet & regeret. Ea ſiquidem tempeſtate triginta milia ſeruorum dominis reddidit. Tria millia etiam quorum domini nō extabant, in crucem egit. Deinde ouans vrbem ingreſſus, omnia populi Romani debita donauit, abolitis literis. Per idē tēpus fons olei largiſsimus de taberna meritoria per totū fluxit diem, nimirum Chriſti gratiam ſignificans ex eadem taberna, hoc eſt, larga Eccleſia, nouos populos ex gentibus proceſſuros. In multis etenim ſignis Auguſti Cæſaris, aduentus Chriſti deſignabatur. Vnde bene Cæſar poſſeſsio principalis, Auguſtus ſolemniter ſtans interpretatur. Quinimo Chriſtum exprimens, qui omnia ſolemniter poſsidet, omneſque principatus potentialiter obtinet. Cyrinus præſes qui hæres interpretatur, ſignificat Petrum cui hæreditas Eccleſiæ à Domino largita eſt. Itaque cum exiſſet edictum à præfato Cæſare, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, prædictus Cyrinus ad Iudæam miſſus eſt, cenſus hominum, poſſeſſionesq; deſcripturus. In qua deſcriptione inuenta ſunt ciuiū Romanorum quadragies ſemel centena, & LXIIII. milia coloniæ deductæ. Nā antea idē Cęſar omnibus prohibuerat, vt nemo illū Dominum auſus fuiſſet appellare ob id, quia eo imperāte naſci deberet ille veriſſimus Domin9, pariter & Imperator. Cōceptus

Miraculum de Chriſto quod Cæſar Auguſtus viderat.

Præſagia Romæ de Chriſto.

Auguſtum Cæſarē fuiſſe figuram Chriſti.

Cyrinus præſes.

Dies & hora conceptibis Chriſti.

nanq;traditur octauo Cal. April. à quo ſupputátur dies CC.LXXVI. id eſt, mẽſes nouem & dies ſeptẽ vſq; octauo Cal. Ian. quãdo creditur natus Sulpitio & Camerino conſulibus. Aptiſsimum nanque erat, vt eo tempore eſſet conceptus, quo mundus per ipſum factus eſt, & in quo fructus terræ viuificantur, & in eodem natus quo creſcit longitudo diei, & noctis tenebræ diminuuntur. Sed quærendum eſt cum in nocte dicatur natus, cùm angelus paſtoribus euangelizabat, dicens: Natus eſt vobis hodie ſaluator, hodie enim dixit, hoc eſt in die noui teſtamenti, quando finem ignorantiæ tenebris dedit, & initium ſcientiæ lucis poſuit. Sed & conueniebat, vt circa illam horam noctis naſceretur, qua à mortuis reſurrexit. Vnde Salomon: Dum medium ſilentium tenerent omnia, & reliqua. Quærendum etiam cur hæc feſtiuitas nõ habet eandẽ varietatẽ quàm Paſcha, & Pẽtecoſte, ſcilicet, vt mutarentur dies ſeptimanæ, quas maculauit peccatum Adæ. Vnde Auguſtinus: Noſſe oportet diem natalem Domini, non in ſacramento celebrari, ſed tantũ ad memoriam reuocare quod natus ſit. Ac per hoc nihil opus erat, niſi reuolutum diem anni, quo ipſa res facta eſt, feſta deuotione ſignari. Paſcha verò & Pentecoſte non ſolum quod factum eſt ad memoriam reuocamus, id eſt, ꝙ mortuus eſt ac reſurrexit, ſed illa quæ circa eum eſſe teſtantur ad Sacramentorum ſignificationem intelligimus. Vigiliæ verò quæ à paſtoribus hac nocte cuſtodiebantur, in quatuor diuiduntur, ſcilicet leges

Dies natiuitatis Chriſti.

Hodie natus quare in Euangelio dicatur.

Quare in nocte natus Chriſtus.

Quare feſtum Natalis ſit mutabile.

qua-

quatuor ſignificātes, primā naturalē, ſecūdam Moſaicam, tertiam Prophetarum, quartam noui teſtamenti. In qua paſtoribus, id eſt, Eccleſiaſiaſticis doctoribus apparuit, & nos cum paſtoribus vigilare debemus, vt mereamur illud ſuauiſsimum armonicum, quod hac nocte primò cantatum eſt audire: Gloria in excelſis Deo, & reliqua. Vnde etiam S. Teleſphorus Papa peruigiles nos mallens fore, miſſas celebrare fecit, ſcilicet in recordationē natiuitatis Chriſti, ſeu cōcentus angelici, alia verò miſſa quæ ſequitur ſignat nouam lucem Euangelij, qua per incarnati verbi myſteriū profundimur, ſeu propter viſitationem paſtorum ad præſepe Domini, in quo inuenerunt panem viuum qui quotidie à fidelibus manditur. Romani hanc noctem ita celebrāt: Primo die vigilię natalis Domini hora nona canūt miſſam ad S. Mariam. Qua expleta canunt veſpertinalē ſynaxin. Dehinc vadūt ad cibum. In crepuſculo noctis intrat Apoſtolicus ad vigiliam in præfatam Eccleſiam, tamen non cantant ibi introitum, ſed expletis vigilijs & matutinis, ſicut in antiphonario continentur, ibidem cantant primam miſſam in nocte, qua expleta vadunt ad S. Anaſtaſium canere aliam miſſam de nocte. Dehinc pergūt ad S. Petrum, vt ibi vigilias celebrent, ab eo loco vbi inuenerint eos pſallere, qui ibidem excubāt, ipſi enim intrant ad vigilias ſolito tēpore in proceſſu noctis, & canūt inuitatoriū, & proſequūtur ordinē antiphonarij, vnde etiā dupla officia in Romanorū antiphonarijs hac nocte deſcribūtur.

Vigilia paſtorū quid præfiguratur.

Tres miſſæ in nocte natalis.

Profeſti natalis ceremoniæ Romæ.

DE OCTAVA DOMINI.

Ceremoniæ in feſto Circuncißionis Hæc circũciſio nihil aliud eſt, niſi abſciſsio in carne præputij, quod ſolis Iudæis imperatum eſt: vnde etiã Abrahã ſumpſit initiũ, quod ei à Domino præceptum eſt. Circũcidetur ex vobis omne maſculinũ, & infans octo dierũ circũcidetur in vobis, vt eſſet ſignũ fœderis inter Deũ, *Circũciſionis figura.* hominesq; fideles. Vt purgarentur ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, iuſſa eſt caro circũcidi, & quod hodie nobis in fide baptiſmus Chriſti, hoc prǽſtabat illis circũciſio in die octaua, qua reſurrexit à mortuis, excepto q͂d circũci*Circuncißionis cauſa & origo.* ſis nec dũ regni cœleſtis patebat ingreſſus. Sed quare Dñs in veteri teſtamẽto iuſsit circũcidere, & ipſe in nouo circũciſus eſt? cur denuo ceſſauerat circũciſio? ipſe non venerat legẽ ſoluere, *Quare Chriſtus voluerit circuncidi.* ſed adimplere. Neq; vt diſsimiliter videretur patribus ſanctis & prophetis, ex quorũ proſapia ſecundũ carnẽ naſci dignatus eſt, idcirco voluit circũcidi, ſiue vt excuſationẽ auferret Iudæis dicendi, Diſsimilis es patribus, ideo nolumus credere in te, ſed quia vetera tranſierunt, & ecce facta ſunt noua, oportet nos circuncidi, non carne, ſed ſpiritu. Chriſtus enim ſicut pro nobis mortem ſuſcepit, ita circunciſionẽ non reſpuit, vt nos in ſpiritu circuncideremur: quoniam circũciſione cordis delectatur, ſicuti propheta altipulatur: In nouiſsimis circũcidet Dominus corda veſtra & nõ corpora. hæc eſt vera circunciſio cordis, vt deponamus veterem hominem cum actib. ſuis, & induamus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt.

In hac

In hac octaua die circũciſus eſt. Iſte dies octauus omnẽ plenitudinẽ in ſe obtinet, & eſt perfectus numerus, ipſe eſt dies Dominicus, & dies reſurrectionis Domini: vnde verò initium ſumpſerit, liber Leuiticus pandit: Dies, inquit, octauus erit celeberrimus atq; ſanctiſsimus, & Paralipomenõ. Porrò Mathathias cũ leuiticis in Cytharis ꝓ octaua canebãt Epinicion, qđ ſignificat triumphum Dñi, & tituli Pſalmi ſexti & decimi, pro octaua inſcribuntur. Nãq; hæc octaua dies ad ęternã pertinet requiem. Vnde à nobis ſingulari numero accipitur, qui nullo ſuccedente mutatur. Hic verò mundus non recipit hunc octauum diem, qui eſt ſingularis, ſed illum quod vocamus octauos, eo ꝙ finito ſeptimo redit ad ſemper ad primum. Nonnulli per hanc octauam aduentum Domini ſecundũ putant ſignificari. Vnde Amos propheta: Væ concupiſcentibus diem Domini, ipſe eſt dies tenebræ & non lucis. Et Sophonias: Vox diei Domini amara & dura, tribulabitur ibi fortis. Illi verò qui iſtũ diem à cõſtitutione mundi arbitrantur poſt ſex milium annorũ fore venturũ, eo ꝙ ſeptimo die Dominus ab opere ſuo legitur ceſſaſſe, mille ſcilicet annos per dies ſingulos computantes, quia legitur à conſpectu eius mille anni, ſicut dies vna, non ſatis attendunt, quod Dominus in Euãgelio, hunc diẽ, nec filiũ hominis noſſe aſtipulatur. Vnde nimis importunũ illud ſtudioſè quærere, qđ nobis diuina prouidentia noluit reuelare. Sanè illã diem magnam & ſingularẽ amare & ſperare debemus, quia

Quare die octauo ſit Chriſtus circuncíſus.

Nouiſsim⁹ dies quis ſit.

quia propheta Dauid ſitiens vnam vocabat,dicens: Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Hæ verò octauæ quas hodie colimus,ideo reuerenter celebramus, quia primis diebus concurrunt ſicuti vnus dies dominicus ad alterum qui eodem ritu celebratur, hodie enim aduentum hominum ad Chriſtum celebramus, & in natiuitate eiuſdem aduentum illius ad homines. Hę Calēdę, ſecundū dementiā gentiliū potius dicendæ ſunt quàm colēdæ, ea ſiquidē tēpeſtate fuit quidā princeps gentilium (quādo iudices præerāt filijs Iſraël, hoc eſt ante Sampſonē) in Italia, nomine Ian⁹, à quo Ianuarius menſis poſtea nuncupatus eſt. Hunc verò Ianum imperiti homines quidam non cognoſcebant, quaſi regem metuebant, & pro Deo illum colere cœperunt, duaſq; facies figurauêre, propter orientem & occidentem, nec non & quadrifrontē appellauerūt, & Ianum geminū propter quatuor partes, ſeu elementa quatuor, atq; tēpora quatuor. Sed cū hoc facerēt, formabant potius monſtrū ꝗ Deū. Vnde Numa poſt Romulum primū mēſem anni voluit tāquam bicipitis dici menſem reſpiciētem, tranſacti anni finem futurique initium, & Ianuarium vocatum, eo quòd ſit limes & ianua anni. Vnde imperiti homines veluti Deum colentes, diem ipſum multis ſpurcitijs ſacrauerunt, quidā mutabant ſe in ſpecies monſtruoſas, in ferarumq; habitus transformabant. Alij in fœmineo geſtu mutati, virilem vultum effœminabant. Nec immeritò virilem fortitudinem nō habent, qui

Quare octauæ feſtiuitatum colantur.

Calendarū Ianuarij ori go.

Iani forma.

Saturnalia & Lupercalia.

in mulieris habitum tranſierunt, aliqui phanaticis augurijs prophanabantur, perſtrepebāt ſaltando pedibus tripudantium plauſibus, nonnulli ita auguria obſeruabant, vt focum de domo ſua vel aliud quodcunque beneficium, cui quam petenti minimè tribuerent. Diabolicas etiā ſtrenas & ab alijs accipiebāt, & ipſi alijs tradebāt. Nec nō etiā mēſulas plenas ad māducandū tota nocte paratas habebāt, credētes q; Cal. Ian. per totum annum præſtare poſſent, & quia his atque alijs miſerijs mundus vniuerſus repletus erat, ſtatuit vniuerſalis Eccleſia ieiunium publicum in iſto die fieri, quatenus his calamitatib. autor vitæ finē imponeret. Sed quia Domino largiente hæc à fidelibus pro nihilo habentur, licet quantulæcūq; ſimilitudines, quod abſit, adhuc lateant in feris hominib. omni tamen conamine prohibendæ ſunt atque pellendæ, neq; enim aliud quicquā noui in iſtiuſmodi Cal. prę́ſumendū eſt, niſi quod & in alijs Calendis menſium, excepto quòd octauæ Dominicæ cum eximio cultu celebrentur, vt ſupra præfixum eſt. Sed neque illud reticendū, quod dum quadam die hac ſuperſtitiones diabolicæ Romæ agerentur, quidam ſanctus Almachius cū diceret: Hodie octauę diei Dominicæ ſunt, ceſſate ab his ſuperſtitionib. idolorum & ſacrificijs pollutis, iubente Aripio vrbis præfecto, hac de cauſa interfectus eſt.

Auſpicia Romana in Ianuario.

Strenæ in Ianuario.

Ieiunij publici origo. in circunciſionis feſto.

Veſtigia Cal. ianuarij in Chriſtianiſmo.

DE THEOPHANIA VEL EPIPHANIA.

Solemnitas hæc ſacratiſs. quæ à Græcis theopha-

phania, vel epiphania nuncupatur, Latinè verò apparitio ſeu oſtēſio, vel manifeſtatio interpretatur, multimoda in ſe cōtinet myſteria, cū eñ Chriſtus nuper ex aluo virginis egrederetur, magi Chaldęi in Oriente ſtellā videntes nimia claritate fulgentem, ita vt ſolem luce ſuperaret, vt erant edocti in curſu aſtrorū, animaduerterunt hanc eſſe ſtellā, quam olim Balaam Madianita cuius traditionē ſequebātur, prædixerat ita adfuturā. Orietur ſtella ex Iacob, & reliqua. Videbatur enim ſydus per diē, iſtorum enim Magorū primus Zoroaſtres rex extitit, à quo originē ferūtur traxiſſe, hi elementa cōcutiebant, turbabātq; mētes hominū. Ex iſtorū genere quondā in Ægypto reſtiterūt Moiſi, vertentes virgas in dracones, aquasq́; in ſanguinē, hi Aſtrologi dicti, necnō Genethliaci ꝑpter nataliū cōſiderationes, geneſes dierū hominū ꝑ duodecim ſydera cœli deſcribebāt. Syderū quoq; curſu naſcentiū mores, euētuſq́; pronuntiabant, id eſt, quis quali ſigno fuiſſet natꝰ, aut quē effectū haberet vitæ qui naſcebatur. Hi vulgo Mathematici appellabātur, cuius ſuperſtitiōis genus cōſtellationes Latinè vocabāt, id eſt, inclinationes ſyderū qūo ſe haberēt, cū qs naſceretur. Idē aūt ſtellarū interpretes nuncupantur, ſicut & de his legitur, qui in Euāgelio natū Chriſtū annuntiauerūt. Poſtea aūt ſolo nomine Mathematici. Cuius artis ſciētia vſq; ad Euangeliū fuit cōceſſa, vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatē alicuiꝰ de cœlo interpretaretur. Vnde mox cōturbati atq; cōterriti ex viſiōe ſyderis acceptis muneribus prę-

Feſtiuitas triū regum

Stellæ Magorum prædictio.

Magorum origo.

Magi aſtrologi erant.

Aſtrologica prædictio olim prohibita Chriſtianis.

eũte eos ſtella ad Chriſti cunabula tertio decimo die, quod eſt hodie, in Bethleem peruenīunt. Quem tyriatis vultibus adorantes, lætata eſt ſagax curioſitas Chaldęorum, quia illum videbant in terris æditum, quem in cœlis cognouerant aſtrorum fatibus eſſe præſagitum. Qui etiam munera offerunt, hoc eſt, aurum, thus & myrrhã, quia à longe veniunt, gentiũ populos lucem fidei cognituros præſagiũt. Per aurũ rex oſtenditur. In thure Deus dignoſcitur. Per myrrham homo paſſus atque ſepultus. Hæc dona Iuuencus Presbyter mirè concluſit, Thus, aurum, mirrham, regiq́; hominiq́ue, Deoq́;.

Dies profectionis Magorum.

Magorum figura qualis.

Expletis Chriſti quaſi triginta annorũ curriculis, venit in Iordanẽ ad Ioãnẽ vt baptiſaretur ab eo, anno videlicet decimo quinto Imperatoris Tiberij Cęſaris, ſub Valeriano & Aſiatico cõſulibus, nec nõ in Iudæa quatuor tetrarchis dominãtibus, id eſt, Herode, Philippo & Lyſania filijs Herodis maioris, ſeu Pilato pręſide Romano, agentibus põtificatũ Anna & Caipha. Peracti enim erant ab initio mũdi ſecundũ Hebraicam veritatem anni quatuor, adnotato, quod decimo ſexto anno Tyberij principium fuerit, LXXXI. Iubilei. Iuxta LXX. Interpretum verò editionẽ anni ſunt V.CC.XX.VIII. Pro tribus enim cauſis baptiſatus eſt Dominus, primò, vt quia homo erat, omnem iuſtitiã legis impleret. Secundò, vt baptiſmo ſuo Ioannis baptiſmum comprobaret. Tertiò, vti Iordanis aquas ſanctificãs per deſcẽſionẽ colũbæ, Spiritus ſanctus in lauachro credentiũ monſtraret aduentum.

Baptiſatio Chriſti.

Poſt

Poſt baptiſmum ilico ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo, & cœpit ieiunare pro nobis quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Secũdum hanc orationem cœptum eſt ieiunium à baptiſmo Domini, & ſolutum eſt, decimo quinto cal: Martias, quando diabolus confuſus ab eo receſsit. Abhinc quoq; in populos Ieſus Chriſtus ſalutarẽ viam annũtiat ſignis atq; virtutibus vera comprobans eſſe quæ diceret. Miracula etiam quæ in Euangelio ſcripta ſunt inchoat facere. Vnde primum miraculum per reuolutionem anni, quãdo vocatus eſt ad nuptias, aquas in vinum conuertit, quod eſt tertio die poſt vocationem diſcipulorum. Vinum iſtud ex aqua factum, diuina præcepta ſeu ſcripturas ſanctas meraciſſ: vigorem cæleſtis ſapientiæ continentes intelligimus, hæ nuptiæ gaudia ſalutis humanæ ſignificant, ſex hydriæ ſex mundi ætates deſignant, per quas iuſti figuram Domini prętulerunt. Per architriclinum fortiſs. prædicatorem Paulum intelligimus. Fecit etiam hodiè magnum miraculum, quando de quinq; panibus & duobus piſcibus pauit quinq; milia hominum. Quinq; milia hominũ, qui quinq; panibus & duobus piſcibus paſti ſunt, Eccleſiæ ſunt populi, qui poſt quinq; ſenſus corporis alimento lege ſpiritali à Chriſto reficiuntur, & duplici teſtamento quaſi gemellis piſcibus ſaturantur. Neq; hoc prętereundum eſt, quod hæc ſecũda natiuitas Chriſti tot illuſtrata myſterijs, honoratior eſt quam prima. Tunc tantummodo natus

Tentatio Chriſti in deſerto.

Quadrageſimalis ieiunij origo.

Primũ miraculum Chriſti in Cana Galilee.

Secundum miraculum quando turbas panibus & piſcibus pauit.

tus

tus eſt, & angelus paſtores affatus eſt, hodiè vero à Magis cum muneribus adoratus eſt, hodie cũ in Iordanicis aquis tingeretur, filius dilectus à patre vocatus eſt de cœlo, & ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper eum viſus eſt, nec non poſt baptiſmi ſacramentum caput draconis cõtritum eſt, hodiè ex aqua vinum factum eſt, eidemq; cæleſti ſponſo Eccleſia iuncta eſt, inſuper & quinq; hominũ milia ab eo refecta ſunt, & idcirco manifeſtatio interpretatur, quia in his manifeſtare ſe hominibus dignatus eſt, quod autem in hac feſtiuitate nemo præſumat baptiſare, S. Leo papa in decretalibus prohibet ita. Si quis autem Epiphaniæ feſtiuitatem, quæ in ſuo debito honore veneranda eſt, ob hoc exiſtimat habere priuilegium baptiſmatis, ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationẽ, nec ad eam pertinuiſſe virtutem qui per ſpiritum ſanctum renaſcuntur. Dominus non indigens remiſsione peccati, nec remedio renaſcendi, ſic voluit baptiſari, quomodo & circuncidi. Sed tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere illius profluxerũt ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis, vnde in baptiſandis electis, qui ſecundũ Apoſtolicã regulam & exorciſmis ſcrutandi, & ieiunijs ſanctificãdi & frequẽtibus prædicationibus imbuendi, duo tantũ tẽpora, id eſt, Paſcha & Pẽtecoſtes eſſe ſeruanda, excepto pro mortis periculo in perſecutionis anguſtijs, & in timore naufragij. Aptiſſ. namq; eſt vt in morte crucifixi, & in reſurrectiõe mortui, pœnitentia baptiſmi

Baptiſatio Chriſti ſecunda natiuitas.

In feſto Epiphaniæ nemo debet baptiſari.

ſmi nouam naturam cõdat ex vetere, vt in rena ſcẽtibus & * mors Chriſti operibus, dicẽte Apoſtolo: An ignoratis, quia quicũq; baptiſati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptiſati ſumus? Per triduanam enim ſepulturam nota tur trina demerſio, & ab aquis lauatio, reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro,

DE PVRIFICATIONE S. MARIAE.

Ceremoniæ in Purifica tione S. virginis.

De hac feſtiuitate & alijs feſtiuitatibus S. Mariæ in geſtis pontificalibus legitur, quod Sergius Papa præceperit Letanias fieri in die præſentationis Domini in templo: Ita enim ſcriptũ eſt, vt in diebus annuntiationis Domini dormitationis ac natiuitatis S. Dei genitricis Mariæ, & S. Simeonis, quod tripapanti dicitur Græcè, cum Letanijs exeant à S. Adriano, & ad S. Mariam populus occurrat. Ipſa ergo die aurora aſcendente procedit omnis clerus ſeu populus cum letanijs & antiphonis ad Eccleſiam S. Adriani expectantes pontificem. Ingreſſus pontifex in ſacrarium, induit ſe veſtibus nigris, & clerus ſimiliter. Poſt hoc accipiunt omnes ſingulos cereos de manu pontificis. Deinde ex iuſſu pontificis inchoat ſchola antiphonam. Exurge domine. Pſal. Deus auribus, & egreditur pontifex de ſacrario cum miniſtris, annuente eo ſcholę primo vt dicant gloriam. Deíceps vadit ad altare, exorát vſq; ad expletionem gloriæ. Poſt orationem oſculato altari, & Diaconus ſimiliter hic inde dicit ſchola, quinq; opus quod operatus es abſq; Kirieeleiſon Antiphona

Letaniæ in feſto Purificationis.

Cereorũ origo in feſto Purificationis.

Quale officium miſſæ in Purificatione.

phona expleta ſtans pontifex ante altare, dicit: Dominus vobiſcũ & oremus, & diaconus dicit: Flectamus genua. Si tamen infra LXX. euenerit, ſequitur oratio: Exaudi quæſumus Dñe plebem tuã, hac expleta inchoat ſchola: Per viã aũt: Adorna thalamũ. Item: Aue gratia. Item reſponſoriũ: Cũ autem appropinquauerint atrio Eccleſiæ S. Mariæ, faciendæ ſunt letaniæ. His expletis ante altare, & ingreſſo pontifice in ſacrariũ, inchoat ſchola ad introitũ Antiphonã: Suſcepimus Deus. Ipſa die nõ cantatur Gloria in excelſis Deo, ſi infra LXX*am* euenerit. Deinceps miſſa peragitur in ordine ſuo. De hac feſtiuitate dicit & Beda Sacerdos & doctor eximius in libro de temporib. Secundum menſem dicauit Numa Februo, id eſt, Plutoni, qui luſtrationum potens credebatur. Luſtrarique eo menſe ciuitatẽ neceſſe erat, quo ſtatuit vt ſacrificia Dijs manibus ſoluerentur. Sed hanc luſtrandi conſuetudinem bene mutauit Chriſtiana religio, cùm in menſe eodem die S. Mariæ, plebs vniuerſa cum ſacerdotibus ac miniſtris, hymnis, modulationibus deuota per Eccleſias perq; cõgrua vrbis loca ꝓcedit, datosq; à põtifice cereos in manibus geſtant ardentes, & augeſcente bona conſuetudine, idipſum in cæteris quoque eiuſdem B. matris & perpetuæ virginis feſtiuitatibus agere didicit, non vtiq; in luſtrationem terreſtris imperij quinquennem, ſed in perennem cœleſtis regni memoriam, quando iuxta parabolam virginum prudentiũ, omnes electi lucẽtibus bonorũ actuum

Ceremoniæ luſtratiõis gentilis in Februario cõuerſæ in ceremonias ſacras Purificationis Mariæ.

lampadibus obuiam ſpōſo ac regi ſuo venientes, mox cum eo ad nuptias ſupernæ ciuitatis intrabunt.

Septuageſimæ origo. Septuageſima computatur ſecundū titulationem Sacramentorū & antiphonarij, nouē hebdomadibus ante Paſcha. in ſeptima Sabbathi, populus Dei in Babylone detētus, captiuus ſeptuaginta annis. Quib. expletis, reuerſus eſt Hieruſalē. Septuageſim⁹ numerus nobis ad memoriam reducit omne tempus præſentis ſæculi, quo alieni ſumus à cœleſti Ieruſalem. Ideo author officij noſtri Septuageſimam poſuit in officijs noſtris, vt hoc tēpore à delitijs abſtinendo, oſtenderemus in noſtra cōuerſione qualiter per omne tempus ſæculi viuere debeāt, qui poſt baptiſmum peccatis ſe alienāt à cœleſti Ieruſalem. Nā quod per ſeptuaginta annos populus de captiuitate reuertitur, quis non videat poſt euoluta tempora, quæ ſeptenario dierum numero tranſcurrūt, etiā nobis eiuſdem Eccleſię Dei ad illam cœleſtem Hieruſalem ex huius peregrinatione redeundum? Quapropter Alleluya illo tempore non cantatur apud nos, nec Gloria in excelſis Deo, quæ ſunt cantica cœleſtia. Dicitur enim in Pſalmis? Quomodo cantabimus canticū Domini in terra aliena? Sunt qui primam hebdomadam Septuageſimæ ſine aliquo articulo nouellæ cōuerſationis ducunt, excepta mutatione Alleluya, & quibuſdā locis Dalmaticarū, & intermiſsione, Gloria in excelſis Deo. Græci & proximam hebdomadam, id eſt, Sexageſimam ſanctificant ſuo ieiunio. Cle-

Alleluya depoſitio.

rici noſtri authore Teleſphoro Papa,ſequentē, id eſt,quinquageſimam, qui conſtituit ſeptem hebdomadarũ ieiuniũ ante Paſcha. Præceptor tamen officij noſtri ampliorem mutationem requirit, quã nos agamus conſtitutione officij ſui.Ipſum enim ieiuniũ intimauit in prima oratione Miſſæ dicẽs:Vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur,hic enim afflictionem ſonat. In introitu quoq; dicit: Circundederũt me gemitus mortis,dolores inferni.Propter hos dolores non poſſumus lætari, & ſecuri eſſe, ſed præparare nos debemus ad bellum,vt Apoſtolus ait: Omnis qui in agone contendit,ab omnibus ſe abſtinet.Dicit Ambroſius,ab omnibus quę vitanda eadem tradit diſciplina,cũ ſciant vnũ coronandum,quantò magis obſeruandũ eſt,quibus omnis promiſſa eſt ſalus, vnde aũt abſtinere debeamus,qui bellaturi ſumus, docet Apoſtolus,dicens: Fornicatio & omnis immunditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis. Teleſphorus Papa nonus poſt B.Petrum Apoſtolũ in ſede Romana cõſtituit, vt per ſeptem hebdomadas abſtinentiã obſeruẽt,quod adhuc multi faciunt. Quod tempus tunc duas ob cauſas Quinquageſimam placuit appellari,vel quia in ordine, vel numerus poſt quadrageſimum conſtat, vel quia exinde quinquaginta dies ſunt in ſanctam reſurrectionem. Poſtmodũ Melciades Papa natione Afer, trigeſimus quartus poſt S. Petrum, cõſtituit vt nemo præſumeret in prima vel quinta feria ieiunare. In prima propter Domini reſurrectionẽ,in quinta quia in ea cœnauit

Ieiunium Cleri à Quinquageſima.

Antiquum ieiuniũ fuit ſeptem hebdomadarũ.

Quinquageſima quare dicta.

Quare in prima feria & quinta nulla ſint ieiunia

nauit Dominus cũ diſcipulis ſuis,& in ea aſcen dit in cœlum. Tunc placuit fidelibus vt octo hebdomadas cõſecrarent ieiunio &primã Dominicam quadrageſimã nominarent,non propter ſexagenarium dierum numerum, ſed propter vſum locutionis noſtræ, quo ſicut quadragenario Quinquageſima,ita quinquagenario LX^{ma},& LX^{mo}.LXX^{ma} coaptatur. A XL^{ma}.vſq; Paſcha,octo ſunt hebdomadæ, è quibus ſingulis ſi primã & quintam feriã de abſtinẽtia ſubtrahas, vt Melciades inſtituit, & ipſum diem ſanctæ Paſchæ,quadraginta tantũ dies remanẽt abſtinẽtiæ,ad imitationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. LXX^{ma}. ideo à fidelibus fertur celebrari,vt &decimas dierũ Deo reddere,&nihilominus prima & quĩta feria,&Sabbathũ poſsint à ieiunio relaxari. A LXX^{ma} nãq; in Paſcha nouẽ ſunt hebdomadæ,quæ faciunt ſexaginta quatuor dies, ex quib. ſi in vnaquaq; hebdomada tres præfatos dies ſubtraxeris, & ſacrũ diem Paſchalẽ XXXVI. dies in decimatione anni ieiunas.Ille aũt qui Sabbathum cõſtituit honorandũ, non propter legalia mandata hoc fecit, ſed quia requieuit illa die Dñs in ſepulchro. Augustin.lib.15. de Ciuitate Dei: Nõ omnia,inquit, quæ geſta narrãtur,aliquid etiam ſignificare putãda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiã illa quæ nihil ſignificãt attexũtur: Nõ ſolo vomere aratur,ſed vt hoc poſsit fieri etiam terra aratri,mẽbra ſunt neceſſaria. Nec ſoli nerui in cytharis aptantur ad cantũ, ſed vt aptari poſsint,inſunt.Itẽ aliter.Quare dicitur LXX^{ma},

Diſtinctio ſeptimanarum ieiunij Veteris & Noui.

Ieiuniorũ dies.

Elegans de numeris Eccleſiæ ac ſcripturæ diſputatio.

cum ab ea die vſque in Paſcha non ſint plus q̃ 64.dies. Conſuetudo eſt Scripturarũ diuinarũ, vt omnis numerus ex quolibet cũ decadẽ tranſierit, vt tertijs monadis incurrat, nõ deputetur idẽ numerus præcedenti decadi, ſed ei ad quod tendit. Lege librũ Geneſis in genealogia filiorũ Noë. Item aliter: Cur dicitur LXX^{ma}. cũ ab illa die vſq; in Paſcha nõ ſint LXX^{ta} dies, ſed XL^{ma} tẽdit ad Sabbathũ ante octauas Paſchæ, quãdo hi qui in vigilia Paſchæ baptiſantur, alba veſtimenta deponũt , & tũc cõfirmari eos oportet ab Epiſcopo, & per impoſitionẽ manus accipere ſpiritũ ſanctũ, & quia VII. dona ſpirit⁹ ſancti deſcribũtur, rectè q̇ hũc accepturi ſunt LXX^{am} ante celebrãt. Q̃d enim VII^{mus} numer⁹ per hoc idẽ ſignificatur, ꝑ denariũ multiplicatus XL^{ma} tendit vſque ad medium Paſchæ, id eſt, quartã feriã hebdomadæ paſchalis. L^{ma} tẽdit ad ipſum diem Paſchæ XL^{ma} ad diem cœnæ Domini. Cõputa ergo dierum numerum, qui ſunt in abſtinentia à Septuageſima vſq; ad Quadrageſimã, inuenies ter ſenos, id eſt, 18. dies, exceptis Dominicis diebus. Quẽ numerũ ſi per duplarẽ proportionẽ diuidas, inuenies in vna parte ſex, in altera 12. ſex aũt & 12. ſimpla. 12. ad ſex dupla proportione. Itẽ inter cœnã Dñi & diẽ Paſchæ: duæ ſunt dies, & inter Paſcha & mediũ Paſchę, quod eſt quatuor feriæ ſunt dies, quo tẽdit LX^{ma}: & ab ipſo die vſq; Sabbathũ quo LXX^{ma} peruenitur ſimiliter duo ſunt, qui ſunt ſimul ſex. Quatuor enim ad duplũ eſt ad ſimplũ. Pręcedentes ergo numeri qui ſunt in abſtinentia, ſignificant

duplá mortem noſtrá ſimpla Chriſti morte eſſe deſtructá. Nos enim in anima & corpore mortui eramus obnoxij. Chriſtus aũt ſua & corporali morte & animæ & corporis mortẽ excluſit. Iſti autẽ dies, quos in Domini reſurrectione cũ gaudio & lætitia celebramus, ſignificant reſurrectionem quam Chriſtus duplá ſua ſimpla cõtulit. Ipſe enim ſicut ſolo corpore mortuus eſt, ita & ſolo corpore reſurrexit. Nos aũt & in anima primũ reſuſcitat peccata dimittendo, & in futuro etiam corpora reſuſcitaturus eſt.

Dies ad pœnitentiam quot neceſſarij.

Imprimis præmonere debet Sacerdos omnes Chriſtianos ex ſacris ſcripturarũ teſtimonijs, quatenus in capite ieiunij, hoc eſt, die ad verá confeſsionẽ, veramq; pœnitentiá feſtinantius accedant. De hac Hieronymus inquit: Vtiná tam citò conuertantur peccatores ad pœnitentiá, quàm citò Dominus præparatus eſt etiá mutare præfinitá ſententiam. nõ enim temporis lõgitudinem requirit Deus, ſed affectu ſinceritatis plenitudo pẽſatur. Gregorius. Satis alienus à fide eſt, qui ad agendá pœnitentiam tempora ſenectutis expectat. Metuendum eſt enim ne dum ſperat miſericordiá, incidat iudicium.

Quomodo pœnitentia debet iniungi Chriſtianis.

Itemq;. Si quis te de peccato forinſeco correxerit, tunc confitere interiora, quæ ille neſcit. Deniq; admonendi ſunt, vt in cœnæ die redeãt ad reconciliationem, ſicut in cõſequentibus dicetur. Si verò intereſt cauſa aut itineris, aut cuiuſlibet occupationis, aut ita fortè hebes eſt, vt ei hoc Sacerdos ſuadere nequeat, iniungat ei tam quadrageſimalẽ quam annualem pœnitẽtiam,

&

&recōciliet eū ſtatim. Sacerdotibus verò ſummopere ſatagendum eſt, vt octo vitia criminalia cū eorum ſequentijs atq; teſtimonijs Scripturarū, quibus cohercendi ſunt homines, atq; ad meliora prouehendi omni ſtudio intelligāt. atq; doceant, ſicut hic in prima frōte annexa ſunt. Quorū vitiorū octo hęc ſunt nomina, im pri mis gloria inanis, ſuperbia, inuidia, ira, auaritia, triſtitia, ventris ingluuies, atq; luxuria. De ſuperbia quod eſt caput omniū vitiorū, oriuntur ſupraſcripta ſeptem vitia criminalia. Superbia dicitur quaſi ſupergrediens mentem, de eo quod non eſt. Vnde ſuperbus quaſi extra viam ambulans, de qua Scriptura: Initiū omnis peccati ſuperbia. Et ideo initiū dicitur omnis peccati, quia ipſa præceſsit in diabolo, & non ſolū peccatum eſt ipſa, ſed etiam nullum peccatum fieri potuit, poteſt, aut poterit ſine ipſa. Porrò cupiditas atq; ſuperbia in tantum vnū eſt malum, vt nec ſuperbia ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſsit inueniri cupiditas. Nō enim primus homo ederet de ligno prohibito, niſi concupiſceret, nec deſereretur à Domino, niſi prius ipſe deſereret. De ſuperbia dicit Auguſtinus: Vitanda nobis eſt ſuperbia, quæ & angelos nouit decipere, & homines diſsipare. Hieronymus: Vir ſuperbus nō decorabitur, nec voluntatem ſuam perducet ad finem. Ambroſius: Superbia ex angelis dæmones fecit, humilitas aūt humiles ſanctis angelis ſimiles reddit. De inani gloria, id eſt, vana, quæ Græcè dicitur cœnodoxia, naſcitur inobedientia, iactantia, hypocri-

Superbiæ peccatum.

Inanis gloria.

ſis, contentiones, pertinacia, diſcordiæ, & nouitatum præſumptiones. Eſt enim vanitas inflata appetitio dignitatum, dulcis miſeris, amara perfectis, cui ſeruiunt tumidi, ſub qua iacent elati, tamque eos ardor humanæ laudis inflammat, vt laborioſa opera quæ populus admiretur, & quibus fama diffunditur, ſine labore ſuſcipiant, & libenter exerceant, vnde quod ieiunare, abſtinere, vigilare, Eccleſiam frequentare vel pſallere, cum hæc omnia ſine labore non faciant, & iam cum delectatione faciunt, vt ab hominibus, quibus placere non Deo deſiderant, videantur: vnde veritas: Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. De

Inuidia. inuidia ſiue inuido, qui ab inuidendo alterius felicitati dicitur, naſcitur odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis, proximi afflictio aũt in proſperis. De hac Apoſtolus cõminatur dicens: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & qui inuidet, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat. Vnde nihil infelicius poteſt eſſe inuidia, qui alienis torquetur bonis: inuidia enim ſenſum mordet, pectus vrit, mentem afficit, & qui inuidet ſimilis eſt diabolo, qui per inuidi-

Iræ peccatũ am hominem de paradiſo eiecit. De ira longa quæ ab indignatione dicitur, à qua & iracũdia, eo quod accenſo ſanguine, in furorem compellitur, naſcuntur rixæ, timor mentis, cõtumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ. De ipſa enim dicit Scriptura: Ira in ſinu ſtulti requieſcit, & alibi: Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur. Et in pſalmo de quotidiana ira: Iraſcimini &

nolite

nolite peccare, & Apoſtolus: Sol nō occidat ſuper iracundiā veſtrā, & alibi: Illa enim ira mala eſt, quæ mentē turbat, vt rectū conſiliū perdat. De triſtitia quæ oritùr ex ira, naſcitur malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita. Et ſciendū quia inter triſtitiā & mœſtitiā hoc intereſt. Mœſtitia cordis eſt, triſtitia vultus, mœſtū enim vel inertem dicimus animū, triſtis enim facie, ita dignoſcitur. Abiecto vultu, pallido aſpectu, turbidis oculis, turbato vultu. de hac triſtitia dicit Apoſtolus: Quæ enim ſecundum Deum triſtia ſunt, pœnitentiā in ſalutem ſtabilem operantur, ſeculi aūt triſtitia mortē operatur. Alibi: Triſtitiam non des animæ tuæ. Iſidorus: Vis nunquam eſſe triſtis, bene viue, ſecreta cōſcientia triſtitiam leniter ſuſtinet. De Auaritia quæ Græcè dicitur philargiria, id eſt, amor pecuniæ, ab auiditate dicta, vnde auarus, quaſi auidus auri, qui nunquam opibus expletur, naſcitur proditio, fraus, fallatia, periuriū, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obduratio cordis. De hac dicit Apoſtolus: Neq; auari, neq; rapaces regnū Dei poſſidebūt, & Salomon: Auarus nō implebitur pecunijs. Et idem: Auaro aūt nihil eſt ſceleſtius: nihilq́; iniquius quam amare pecuniā. Et iterum: Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias & vermes, hoc vero vitium vincitùr in largitione pauperum, in viſitatione infirmorum, in tegumento nudorum, & in reddendo quod iniuſtè ablatum eſt, & in fletu ac lachrymis cum contritio-

Triſtitia.

Auaritia.

Auaritiæ medicina.

tritione cordis, ſicut Dominus dicit: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. De ventris ingluuie quæ Græcè dicitur gaſtrimargia, id eſt, horrida voracitas, atq; guloſitas, quæ à gula dicitur, naſcitur inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, ſtultiloquium, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam, & eſt vitium ſpiritale. De hoc ſcriptum eſt, Qui cõtinet ventrem ſuum minuit vitia, abundantia autem eſcarum nutrit deſideria mala. Multæ eſcæ nutriunt ventrem fornicationis, & Apoſtolus: Nõ in commeſſationibus & ebrietatibus. Et quia primus homo vitio gulæ cecidit, neceſſe eſt, vt per abſtinẽtiam reſurgamus, læta caro traxit nos ad peccatũ, afflicta reducat ad veniam. De luxuria quæ à luxu nomen accepit, & eſt immunditia corporalis, vnde & luxurioſus, quaſi ſolutus & corruptor dicitur, naſcitur cæcitas mentis, inconſideratio, incõſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, afflatus præſentis ſæculi, horror autem vel deſperatio futurorum. Eſt autem vitiũ corporale. De ipſo dicit Apoſtolus: fugite fornicationẽ, Et idem: fornicatores & adulteros iudicabit Dominus. Hieronymus: Vę illi qui tunc habuerit terminum luxuriæ, quando & vitæ. Diabolus per ſuperbiam & fornicationem omni hominum generi dominatur. Omnibus peccatis fornicatio maior eſt, melius mori quàm fornicari: libido in infernum hominem mergit, & ſciendum quia fornicatores, libidinoſi, ſodomitæ, adulteri, inceſtuoſi, conſtupratores, raptores, molles,

Voracitas & Crapula.

Luxuria.

Luxuriæ formulæ.

molles, maſculorum concubitores, immundi pollutores, impudici, generaliter luxurioſi nominantur. Vnde fornicatio dicitur amor legitimo connubio ſolutus, & vaga explendæ libidinis cõſectandæ licentia. De qua ſcriptum eſt: qui fornicatur in carne ſua peccat, & maioris eſt criminis, quia tollit membra Chriſti, & facit membra diaboli. Libidinoſi dicuntur, qui faciunt, quod eis libet, ſunt enim cupidi voluptatis. Sodomitæ interpretantur excluſores ipſorum. Adulteri dicuntur, quia alterius thorum violant, ſiue polluunt. Inçeſtus dicitur, quaſi incaſtus, propter illicitam cõmixtionem, id eſt, quicunq; cũ parente propria, aut ſorore, vel vidua, ſiue nouerca, filia, vel cognata atq; Domino ſacrata præſumpſerit fornicari. Stupratores dicuntur, virginum corruptores. Raptores à corrumpendo, qui rapto ſtupro fruitur. Vnde & inter ſtuprum, adulterium & incæſtum ita differt, ſtuprum in virgine, adulterium in nupta, inçeſtus in parentibus. Molles ſunt effœminati, vel qui barbas non habent, ſiue qui alterius fornicationem ſuſtinent. De quibus Apoſtolus: Neq; molles regnum Dei poſſidebunt, maſculorum concubitores, comites fornicantium, immundi, polluti, coinquinati, ſocij luxurioſis, pollutores, deformes, commaculati, vel qui proprijs manibus ſe ſordidant. Impudici à podice vocantur, putorem enim fœtorem dicimus, ſiue impudicus qui turpitudinem flagitio infert. Sed & alia vitia quæ licet ex ſuperioribus oriantur, alijs tamen locis cenſentur,

tur, ſicut ſacrilegium, quod Auguſtinus inter ſeptem vitia reputat. *Sacrilegiū.* Sacrilegium eſt ſacrarũ rerum furtum, quæ poſtea in Idolorum cultũ cedunt. Vnde ſacrilegus dictus, ab eo q, ſacra legit, & furatur contra leges, vel ſacrilegus, ſacra loca violans, faciũt hoc Eccleſiæ prædones. *Sacrilegij famuli.* Fures à furuo dicti ſunt, id eſt, à fuſco. Nã noctis adeunt tempus. Vnde inter furẽ & latronem hoc differt: qui alienũ ſubtrahit, fur eſt: qui furatur & occidit, latro eſt. à latendo enim dicitur latro. *Periurium.* Periuri dicuntur, qui perperã iurant, id eſt, malè. Falſidici, qui aliud fantur quàm verũ. *Ebrietas.* Ebrius dicitur, qui ad tempus bibit, ebrioſus, qui ſemper. De quo Scriptura: Ebrioſi regnum Dei non conſequentur. *Acedia.* Acedioſus, ab acedia dicitur, qui anxietatem ſiue tædium cordis patitur, qui & inconſtans vel vagus dicitur, ab aliquibus enim inter octo vitia reputatur. *Parricida.* Patricida & parricida hoc differt: patricida, eſt qui parentẽ occidit, parricida, qui parẽ aut ſociũ. Fratricida, qui fratrem occidit. *Homicidiũ* Homicida compoſitũ ex homine & cede, vnde & homicida. *Stultiloquus.* Stultiloquus eſt, qui turpia & riſum mouentia narrat. Vnde & ſtultiloquiũ nihil in ſe ſapiens habet. Scurrilitas & iocularitas, quę cõueniunt ex aliqua prudentia, riſum mouẽt audientibus, quibus magis cõuenit lugere. *Turpitudo.* Turpitudo eſt, cũ inflammãtur ſenſus noſtri ad libidinem & carnis titillationem. Anima ignita ſuccenditur, & nihil Dei timore refrenatur. *Idololatra.* Idolatra dicitur, qui idolis ſeruit, & in propheta idololatriã ſępe fornicationem appellatam inueni-

uenimus,& qui plus nummum,quàm Deum diligit,ſculpturam nummi colit,& idola in eis celata veneratur. Suſurro, de ſono locutionis appellatur,id eſt,qui libēter inutilia audit. Vnde Scriptura:Non ſis ſuſurro. Malefici & Venefici dicuntur, qui cauſa mortis venenum parant,& artificioſè multa mala cōponunt. Maledici,linguoſi,ſiue litigioſi, ſortilegi,& diuini ſiue phanatici cōiectores,qui ſub nomen fictæ religionis per quaſdam quas ſortes ſanctorum vocant,diuinationes & ſcientiam profitentur. Arioli ſiue aruſpices propriè ſunt,qui circa aras idolorū nefarias preces emittunt. Augures,qui auguria & volatus atq; voces auiū intendunt. Auſpicia enim vltrò veniunt. Fatuus eſt, qui quod fatur non intelligit,neq; quod alij dicūt, &dicitur excors.De quo in Euangelio:Qui dixerit fatue,genus enim conuitij eſt.Racha,inanis & vacuus ſiue abſq; cerebro. Eſt enim genus deſpectionis ſiue iræ. Vnde in Euangelio: Qui dixerit fratri ſuo racha, hoc eſt prouerbiū prouinciale.Ecce vitia breuiter digeſta per quæ humanum genus à diabolo quotidie impugnatur. De cætero ſciant ſacerdotes Chriſti, quia quotienſcunque ad pœnitentiam Chriſtiani accedunt, ieiunandum eſt prius cum eis, pro eorum erratibus, vt non dicatur eis, quod Sacerdotibus Iudæorū dictū eſt à Domino:Vę vobis legiſperitis,quia aggrauatis homines, imponentes ſuper humeros eorum onera grauia, ipſi aūt digito veſtro nō tāgitis ſarcinas eorum. Nemo enim poteſt iacētem ſub onere ſuble-

Suſurro. *Veneficium* *Sacrilegiū & incantatio.* *Arioli & Augures.* *Stultitia.* *Racha.* *Qualis confeſſor eſſe debeat.*

ſubleuare, niſi inclinauerit ſe & porrigat ei manum. Neq; vllus medicorum vulnera infirmantium poteſt curare, niſi fœtoribus particeps fuerit. Ita quoq; Sacerdos vel pontifex curare vulnera non poteſt, niſi præſtante ſolicitudine & oratione, & quotiens dederis cõſilium peccanti, ſimul quoq; da illi pœnitentiã ſtatim quantum debeat ieiunare, & redimere peccata ſua, ne forte obliuiſcaris quantum eum oporteat abſtinere, tibi enim neceſſe eſt, vt iterum ab eo exquiras peccata, quia ille forſitan erubeſcit iterum peccata ſua confiteri. Non enim omnes clerici aut vllus laicus hanc Scripturam vſurpare aut legere debent, niſi ſoli illi, quibus neceſſe eſt. hoc ſunt Epiſcopi vel presbyteri, quibus claues regni cæleſtis traditæ ſunt, ſic nec iudicia iſta alius vſurpare debet. Si autem neceſsitas euenerit, & presbyter non fuerit preſens, diaconus ſuſcipiat pœnitentiam ac ſanctam communionem. Denique Sacerdos ab autoritate imbutus ſiue compunctus ſuſcipiens pœnitentem ſi laicus eſt, dimiſſo baculo. Quiſquis verò ille eſt ſiue laicus ſiue clericus ſiue monachus ſupplici ter ſe inclinet ante Sacerdotem. Tunc Sacerdos dicit hanc orationem: Domine Deus omnipotens, propitius eſto mihi peccatori, vt condignè poſsim tibi gratias agere, & reliqua. Deinde iubeat eum Sacerdos ſedere contra ſe, & colloqui cum eo de ſupradictis vitijs, ſiue exhortationibus diuinis, ne fortè pro verecundia aut ignauia ſiue obliuione aliquid putridũ in corde remaneat, per quod iterũ diabolus eum ad vomitum peccati

Ieiuniũ ad pœnitẽtiam pertinet.

Qui ex clericis debẽt audire confeſsionem.

Veteres confeſsionis ritus.

peccati reducat. Conſideret etiam ſexum, ætatem, conditionem, ſtatum, perſonam, & ſecundum hoc vt ſibi viſum fuerit, ſingula quoq; diiudicet, id eſt, aliquos à cibis abſtinendo, alios eleemoſynas dãdo, nonnullos ſæpius flectendo genua, ſiue in cruce ſtando, aut aliquid aliud huiuſmodi quæ ad animæ ſalutem pertinent. Non omnibus verò eadem omnibus vna diſcretio ſit vnicuiq; horum, hoc eſt, inter diuitem & pauperem, liberum & ſeruum, inter infantem & puerum, iuuenem & adoleſcentem, ætatem ſenem habentem & ſtultum, ſcientem & ignarum, laicum & clericum, monachum & Epiſcopum, presbyterum & diaconum, ſubdiaconum & lectorem, in gradu, in coniugio vel ſine cõiugio, inter virginem & fœminam, inter canonicam & ſanctimonialem, inter debiles & infirmos, inter ſanos & peregrinos, de qualitate etiam pecorum vel hominum, inter cõtinentem & incontinentem, vtrum voluntate vel caſu, vel in abſcondito, quali compunctione, emendę, neceſsitate vel voluntate loca & tempora diſcernat. Attendat etiam Sacerdos vt ſalui ſint omnes, & non puſillanimes, quia potentes potenter tormenta patientur. Item Ieſus filius Syrach: In iudicando eſto miſericors pupillis vt pater, & pro viro matri illorum. Et Iacobus: Iudicium ſine miſericordia erit illi, qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium, vt idem conſequatur, vt S. Benedictus: Qui veram pœnitentiam faciũt, agant in ieiunio & fletu, in eleemoſynis & orationi-

Pœnitentiã cum miſericordia iniũgendam.

tionibus & perpetrata iterum non faciant, & ſi faciant, tamen non perſeuerent in eis, quia Dominus dixit: Malum cogitaſtis, ignoui, malum dixiſtis, ignoui, malum feciſtis, ignoui, perſeuerare in malo non ignoſco. Ergo qui perſeuerant in malo, non ignoſcet, & ſic iudica, iuſtum iudicium ſecundum canones, vt alij timorem habeant. Neque hoc omittendum eſt, quia propter iſta peccata affligimur flagellis temporalibus, inde ſuſcitantur bella, incurſiones paganorum, captiuitates, peſtilentiæ, fames, ægritudines, mortalitates hominum, atque animalium, morbi, incommoditates, aëris ſiccitates, inundationes pluuiarum, tempeſtates, tonitrua atque fulgura noxia, inclementia frigoris, vehementia ardoris, reges iniqui, potentes ſeu iudices peſsimi, beſtiæ nocuæ, & horũ ſimilia. Propter iſta etiã emẽdanda, promulgantur leges, decernũt iuſta, proponunt ſupplicia, vincula, torturas, flagella, exilia, amputationes membrorũ, amiſsiones rerũ, mortes diuerſi generis, & auferri nequeũt de mũdo. Fit etiam Eccleſiaſticus vigor, correptio, excõmunicatio, de Eccleſia excluſio, leges pœnitentiæ, anathematizatio, conſtituuntur iudices, inſiſtunt officia, mittuntur vltores vt hæc corrigantur, & auferri non poſſunt de Eccleſia. His verò peccatis ſemper manentibus heu prôh dolor tam ſecuri peragimur ad tenebras exteriores, quaſi ibi nobis cubicula extruantur, delitiæ præparentur, miniſtri procurentur, theſauri congerantur, ornamenta multiplicentur, cum Scriptura

Errantibus Deus ignoſcit non perſeuerantibus.

Tormenta temporalia & purgatoriũ in mundo.

Eccleſiaſticæ cenſuræ.

ptura dicat: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia erit apud inferos, quò tu properas. Contra iſta omnia ſuſcipiendum eſt bellum, & acriter gerendum, ne ad dánabilia peccata perducamur. Poſt iſta omnia ſcrutata Sacerdos & pœnitentem corroboratum, interrogat eum, dicens: Credis in Deum patrem & filium & Spiritum ſanctum? Reſpondeat pœnitens: Credo. Credis quia iſtæ tres perſonæ, quas modo dixi, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnus Deus ſit? Reſpōdeat: Credo. Credis quia in hác ipſa carne in qua modo és, reſurgere habes, & recipere ſiue bonū ſiue malum prout geſſeris? Credo. Vis dimittere illis qui in te peccauerunt omnia, vt & tibi Deus dimittat peccata tua, ipſo dicēte: Si non dimiſeritis omnibus peccata eorū, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Si vult dimittere, ſuſcipias eius confeſsionē, & indicens ei pœnitentiam: ſi non vult, non ſuſcipias eius confeſſionem. Volens verò dimittere omnia his qui in ſe peccauerunt, confiteatur omnia peccata ſua, quæ recordari poteſt. Præcauendum eſt tamen Sacerdoti de ſupradictis vitijs, vt eum exhortationis gratia ad memoriam reducat, ne quid aduerſante diabolo, occultum remaneat. Quo facto, fixis genibus in terram, & ſuper ipſa innixus ſtans, ſuppliciter denſis manibus, blando ac flebili vultu reſpiciens Sacerdotem, dicat his verbis: Multa quidē & innumerabilia ſunt alia peccata mea,

Peccatis bellum indicandum.

Quomodo Sacerdos debeat confitentem interrogare in confeſſione.

Quomodo confitens debeat ſe gerere.

quæ recordari nequeo, in factis, in dictis & cogitationibus, pro quibus omnibus miſera mẽs mea compungitur, & acri interdum pœnitentia cruciatur, ideoq; conſiliũ, imo iudicium tuum qui ſequeſter, ac medius inter Deũ & peccatorum hominem ordinatus es, ſupplex deprecor, & vt pro eiſdem peccatis meis interceſſor exiſtas, humiliter imploro. Quo perdicto totum ſe in terrã proſternat, gemitus atq; ſuſpiria vel lachrymas prout Deus dederit, ab intimo cordis producat. Sacerdos verò patiatur eum aliquãtiſper iacere proſtratũ, iuxta quod viderit eum diuina inſpiratione compũctum. Deinde iubeat eum Sacerdos ſurgere, & cũ ſteterit ſuper pedes ſuos cum tremore & humilitate, præſtoletur iudicium Sacerdotis, & indicat ei Sacerdos abſtinentiam ſiue obſeruantiã, perpendens ſubtiliter perſonæ qualitatem, modum culpæ, intentionem animi, & corporis valetudinem vel imbecillitatem. Percepta autem ſententia Sacerdotis iterum proſternet ſe Sacerdotis pedibus, eius petens pro ſe orationem fieri, vt ſuggerat ei diuina viſitatio virtute conſtanter obſeruãdi quæ illi iniuncta ſunt, & ita reuerenter Sacerdotis iudicio obtẽperare, ac ſic ab ipſo diuinę maieſtatis ore opportuna ſalutis ſuæ medicamenta ſuſcepiſſe. Quapropter oportet ad pœnitẽtiam accedere cum omni fiducia, & ex fide credere indubitanter pœnitentia aboleri poſſe peccata, etiam ſi in vltimo vitæ ſpiritu commiſſa pœniteat, & publica lamentatione peccata prodantur, quia non vult

Pœnitentia media quo modo conſtituenda.

Deus

Deus mortem peccatoris, ſed vt ſaluatus miſeratione Dei viuat, nam ſecreta ſatisfactione ſolui mortalia crimina non negamus, quotidiana verò leuiaque peccata, ſine quibus hominis vita non ducitur, dominica oratione purgantur, quorum eſt dicere: Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus. nam ipſa eleemoſyna eſt venia homini pœnitenti ignoſcere. Vnde Dominus: Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Menſurá verò temporis in agenda pœnitentia, idcirco nõ ſatis attẽtè præfigũt Canones pro vnoquoque crimine, ſed magis in arbitrio antiſtitis relinquũt, quia apud Deũ non tantũ valet menſura temporis quàm doloris, nec abſtinentiá ciborum quàm mortificatio vitiorum. Sed & hoc ſciendum eſt, vt cũ venerint ſerui vel ancillæ ad pœnitentiam, nõ eos cogatis tantum ieiunare, quantum diuites, quia non ſunt in ſua poteſtate, ideoq; medietatem pœnitentiæ eis imponite. Poſthæc verò dicat Sacerdos ſuper eũ has orationes: Exaudi Domine preces noſtras, & tibi confitentium parce peccatis. Antiphona: Præueniat hũc famulum tuum quæſumus Domine miſericordia tua. Antiphona: Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, nec ſit ab hoc famulo tuo. Alleluya. Domine Deus noſter, qui offenſione noſtra nõ vinceris. Alleluya. Adſis quæſumus Domine huic famulo tuo, Alleluya. Da quæſumus Domine huic famulo tuo, Alleluya. Precor Domine clementiam tuæ maieſtatis, & reliqua. Quibus dictis iubeat Sacer-

Cõfeſſor debet habere iudiciũ.

Seruorũ pœnitentia.

Confeßoris orationes.

dos pœnitentem ſurgere de terra, ſed & ipſe ſurgat de ſedili ſuo, & ſi loco vel tempori congruit. Ingreſsi Eccleſiam & ſuper genua vel cubitos vterque innixus, decantent Pſalmos: Domine ne in furore tuo, ter. Bis: Benedic anima mea Dominum. Miſerere mei Deus. Deus in nomine tuo. Quid gloriaris. Deinde Kyrieeleiſon. Pater noſter. Saluum fac ſeruum tuum. Illuſtra faciem tuam. Mitte ei Domine. OREMVS. Deus cuius indulgentia nemo non indiget. Miſſa. ANTIPHONA: De neceſsitatibus. OREMVS: Deus qui iuſtificas impium. Epiſtola: Lauamini mundi. OR. Saluum fac ſeruum. Euangeliũ: Duo homines. OF. Miſerere mihi Domine. Super oblationẽ. Huius Domine virtute myſteriũ. Com. Deus propitius. Ad Completorium: Purificent nos Domine. Eodem die fit Collecta ad Sanctam Anaſtaſiam. ANTIPHONA: Exaudi nos Domine, quoniam benignus. Pſalmus: Saluum me fac Deus. Interim ponendi ſunt cineres ſuper capita, ſicut Antiphona teſtatur. ORAT. Concede nobis Domine. Antiphona ad proceſsionem: Iuxta veſtibulum. Item: Imitemur. Alleluya: Parce Domine. His finitis ſequitur Letania. Dehinc ſtatio ad Sanctam Sabinam. Sabbathum ante Palmas ita prætitulatur in Sacramentario. Sabbathum vacat. Dominus Papa eleemoſynam dat. Cogitare oportet qualiter eadem die potiſs. eleemoſyna tradenda ſit. Vbi notandum quod ea quæ colimus circa paſsio-

Romanæ ſtationes & letaniæ. Ad ſanctã Anaſtaſiã.

Ad S. Sabinam.

Diſputatio de eleemoſyna.

paſsionem Domini & reſurrectionem atque aſcenſionem in cœlum, in commemorationem illarum rerum, quæ ſuo in tempore peracta ſunt, agimus: vt illud quotienſcunque feceritis, & cæt. Habemus opus præcedens eleemoſynæ præſentis Sabbathi, quod ad memoriam reuocamus. Cur enim iſto die eleemoſyna ſpecialius ab Apoſtolico tribuatur, cùm omni tempore danda ſit, Ioannes Euangeliſta inquit: Ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus in Bethaniam in domum Symonis leproſi, ibique Lazarum quadriduanum reſuſcitauit, feceruntque ei cœnam ibi. Maria ergo accepit libram vnguenti, & vnxit pedes Domini. Indignante per hoc Iuda proditore, Ieſus in laude mulieris ita reſpondit: Opus bonum operata eſt in me: Vbicunque enim prædicatum fuerit, & reliqua. Qui enim bene viuit, pedes Domini vnguento vngit. Vnguentum enim illud iuſtitia fuit, ideoque libra fuit. Qui ſuperflua dat pauperibus, pedes Domini capillis ſuis tergit. Domus impleta eſt odore vnguenti, & mundus repletus eſt fama bona mulieris. Vnde Apoſtolicus vir in memoriã deuotiſsimæ mulieris, membris Chriſti hodie facit, quod ipſa fecit capiti, & ideo à ſtatione publica vacat, non tamen à celebratione Miſſæ, quia huic negotio inſiſtit, & quia de hac feria officium proprium non habetur. De eiſdem ferijs repetitur, vel de quarta feria: Antiphona: Liberator meus. Lectio Zachariæ Prophetæ: Hæc dicit Dominus:

Exulta ſatis filia Hieruſalem, ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filiũ aſinę, & reliqua. Euangelium ſecundum Lucá: Cum appropinquaſſet Ieſus ad Bethphage & Bethaniam, & reliqua. Heſterna die Dominus in Bethania in domo Simonis recubuit, hoc eſt, ſexto die ante Paſsionem, hodie quinto, quod eſt quinto die ante Paſcha, exiens de Bethania miſit duos diſcipulos in Hieruſalem, dicẽs eis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & inuenietis aſinam & pullũ, ſoluite & adducite mihi, qui ſoluentes adduxerunt ad Ieſum, & impoſuerũt veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. Cum audiſſet turba quæ venerat ad diem feſtũ, quòd Ieſus pergeret Hieruſalem, acceperũt ramos palmarum, venerũtq; ei obuiá, & clamabant: Oſanna, benedictus qui venit, & reliqua.

Feſtum ramorum Palmarum.

De hac die ſciendum eſt, q; diuerſo vocabulo diſtinguitur is dies Palmarum ſiue florum atque ramorum. Oſanna Paſcha petitum ſiue cõpetentium, & capita lauantium. Dies Palmarum ideo celebratus, quia in eo Dominus tendens Hieroſolymam, occurrit ei turba plurima, hinc inde clamando Oſanna, quod interpretatur ſaluifica, ſiue ſaluos nos fac. Eſt enim Hebræus ſermo, qui apud illos dicitur Oſanna, in ramis Palmarum ſignificatur victoria, qua erat Dominus mortẽ moriendo ſuperaturus, atq; per trhoheum crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. In ramis arborum intelliguntur dicta patrum & exempla. Turba plurima

rima ſignificat innumerabilem Martyrum exercitum, qui corpora ſua pro Domino tradiderunt. Veſtimenta Apoſtolorum, opera ſunt iuſtitiæ. Vnde in Pſalmo: Sacerdotes tui induãtur iuſtitia. In aſello quo ſedebat, indicabat ſimplicia corda gentilitatis, quam præſidendo atque regendo perducebat ad viſionem pacis æternæ. Paſcha petitum ſiue competentium dicitur, quia hodie ſymbolum competentibus tradebatur, propter confinem Dominicæ Paſchæ ſolennitatem, vt qui iam ad gratiam percipiendam feſtinant, fidem quam confitentur, agnoſcant: competentes enim quaſi ſimul petentes dicuntur, id eſt, gratiam Chriſti petentes. Capita lauantium ideo hunc diem appellat vulgus, quia tunc mos eſt lauare capita infantium, qui vnguendi ſunt Sabbatho ſancto, ne forte obſeruatione quadrageſimæ ſordidati ad vnctionem accederent. Quanta verò reuerentia hæc conſuetudo à deuotiſs. viris excolitur, libuit parumper inſerere. Hodie præparatur quoddam portatoriũ honeſtiſsimè, in quo intromittitur ſecundum Euangeliũ, quod intelligitur Chriſtus, & ſtatuitur in Eccleſia ante aram, vnde clerus proceſſurus eſt. Deinde adunãtur palmæ & flores, atq; diuerſa genera. Omnipotẽs Deus, qui antequã filiũ tuum Dominũ noſtrũ pro nobis mortẽ perpeti ſineres. Sequitur benedictio palmarũ ſiue frondiũ: Omnipotens Deus Chriſte. His finitis dãtur à cuſtodibus palmæ, accipientesq; populi ramos arborũ oliuarum ſiue florum, inchoatur Antiphona:

Capitum lotio in ſabbatho Paſchæ

Statua Chriſti equitantis in feſto Palmarum.

Ceremoniæ in feſto Palmarum.

Pueri Hebræorum. Deinde ſuſcipitur à Diaconibus ſupra ſcriptum portatorium cum Euangelio, baiulantes cũ ingenti exultatione iugum Chriſti ſuaue, & onus eius leue, præcedẽte aqua benedicta cum candelabris atq; timiamaterijs cum alijs ornamentis. Inſuper etiam Laicorum ſchola cum vexillis atq; gunt fanonibus à longè præeunte, exeunte enim clero ſeu populo ab Eccleſia, inchoatur Antiphona: Cum appropiquaret Deus. Qua finita inchoat ſchola Añ. Cœperũt omnes, Item cum audiſſet. Item appropinquante, Cum ingreſsi fuerint ciuitatem vel cœnobium dicitur Reſponſorium. Ingrediente Domino. Item: Collegerunt quinq;, vnus autem. His finitis ante atrium Eccleſiæ ſeu loco competẽti ſubſiſtit ſchola cum baiulis & reliquo ornatu, & clerus ſeu populus expectãt in loco atrij, Inchoantes Antiph: Occurrerũt, Reſponſoriũ ſchola. Antiph. Cũ angelus Hac finita inchoatur à duobus cantoribus quidam verſus. Iſrael es tu rex: Reſpondet clerus aſpiciens ſeu inclinans ſe ad ſupraſcriptum Euangelium ſanctum, Gloria laus & honor tibi ſit. Eo ordine ſequuntur alij verſus. His finitis: Incipit ſcola cum baiulis: Antiph: Pueri Hebræorum, & tunc proſternit omnis plebs hinc indè frondes ſeu flores, decantantes. Antiph. Oſanna filio Dauid, vſq; ad altare, & ſic intrant ad miſſas. Miniſtri vero tenent palmas in manibus vſq; ad completionem miſſæ. Inter mittunt aliqui ſalutationem in paſsione, id eſt, Dominus vobiſcum, quod nõ legitur in ordinibus,

Vexilla Eccleſiæ in feſto Palmarum.

Palmas tenent ſacerdotes in manibus.

nibus, ſed in paraſceue tantum, vbi reticetur officium ſacerdotale. Ideo autem hæc hebdomada maior dicitur, quia in ea maxima eſt adhibenda parſimonia, ſiuè quod maius officium recolitur in ea. Feria quarta hebdomadæ maioris, hora tertia procedit Apoſtolicus cum omni clero ſeu populo ad Eccleſiam, & dicit orationes ſolemnes, ſicut in ſexta feria. His expletis oſculato altari egreditur. Presbyteri verò Eccleſiarum vrbani, ſuburbaniq; reuertuntur ad titulos ſuos, vt hoc ordine feria ſexta compleant, hoc ſcientes quod Pontifex pro ſe intermittit ibi illum commemorent. Poſtea vero hora octaua ingrediūtur ad miſſas more ſolito. Ideo hæ orationes hodie celebrantur, quia in hac feria quarta conſilium fecerunt Iudæi, vt occiderent Dominum. Vnde nos ad memoriam reducere debemus crudele conſilium Iudæorum & manſuetudinem Chriſti, vt contra omnem iniuriam armemus nos armis orationis & patientiæ, ſicut ipſe fecit dicens: Pater ignoſce illis. Sequitur Manifeſta definitio, cur primum reſponſoriū vnū habeat verſum, ſecundū quinq;. Primus homo Adā duas mortes paſſus eſt. In prima lectione, & primo reſponſorio mors animæ. In ſecunda & ſecundo mors corporis ſignata eſt, caro namq; ſaluatoris pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima noſtra effuſus eſt, & quia omnis homo vnam habet animam, idcirco primum reſponſorium vnus ſequitur verſus, reſponſorium ſecundum quinq; verſus habens, quinq; corporis ſenſus ſignificat. In

Nulla miſſa fit in die Paraſceues

Cardinales Rom. vrbis ad titulos parochiarū.

Matutinarū primie in ſancta ſeptimana ante Paſcha.

Adam

Adam mortuos, quos Chriſtus moriendo & reſurgẽdo reuiuificauit, & priſtino reddidit ſtatui. Paſsio quæ legitur, oſtendit Iudæorum conſilium præualuiſſe ad tempus, & in mãſuetudine Chriſtum perſeueraſſe. Quod autem ſine ſalutatione pronuntiatur, quod dominica non agitur die, ſignificat Iudæorum prauum conuentum contra Chriſtum conſpiraſſe, & diſcipulorum ſilentium propter triſtitiam paſsionis illius, quæ feria ſexta vſq; ſeruata eſt, qua die, primus homo conditus eſt & redemptus. Per tres cõtinuos qui ſequuntur dies, id eſt, IIII. & V. & VI. feria triduanam ſepulturam Domini celebramus. Ac per hoc vt compaginemur humilitati ſepulturæ eius amittimus excelſa noſtra, id eſt, gloria patri, & campanas, id eſt, ſigna. In hac ſacra feſtiuitate diuerſa geſta ſunt & geruntur. Surgendum eſt enim ad vigilias, hora noctis octaua, & cum omni lumine decoratur Eccleſia. Ab hac nocte vſq; in Sabathum ſanctum, non dicitur Deus in adiutorium more ſolito, neq; Gloria patri, in pſalmis neq; in reſponſorijs, neq; in vllo loco. Cantor vero mox inchoat Antiph. ſicut in Antiph: continetur. Lector vero non petat benedictionem, neq; à Sacerdote compleatur. Sed ex verbis lectionis iubetur finem facere, aut certè ex terminatione lectionis primæ de lamentationibus Ieremiæ. Secundæ de tractu pſalmi: Exaudi Deus orationem cũ tribulatione. Tertiæ de Apoſtolo: Conuenientibus vobis in vnum. In paraſceuę verò, & in Sabbatho ſancto de ſupradictis

Paſsionis lectio in ſancta ſeptimana.

Solemnia ſepulturæ.

Campanæ non ſonant tempore ſepulturæ.

Quare Deus in adiutorium tempore ſepulturæ non cantatur.

Lamentationes Hieremiæ prophetæ.

dictis lamentationibus, & tractum Auguſtini in eodem pſalmo nouiſsimo de epiſtola Pauli, feſtinemus ingredi in illam. Per has nouem lectiones ſeu pſalmos ac reſponſoria, qui recoluntur in his tribus noctibus, inſinuatur, quod Dominus deſcendens ad infernum, inde tria hominum genera rapuit & tráſuexit ad cœlos. Ad ſocietatem videlicet nouem ordinum angelorum, ſicuti eſt: Duo in lecto, duo molentes, duo in agro. Accendũtur enim in hac nocte lumina XXIIII. & extinguũtur per ſingulas lectiones & reſponſoria. Quę fiunt LXXII inluminationes & extinctiones. Tot enim horis iacuit Dominus id ſepulchro. Lumen & cantus, gaudium & lætitiam ſignificat. Extinxerunt luminum defectum, LXXII. diſcipulorum ſiue mœſtitia Apoſtolorum qui pertulerunt per LXXII. horas, quæ conſecratæ ſunt Chriſti ſepulturæ, hoc enim ordine per ſingulas noctes extinguuntur. In initio primi pſalmi, eſt cuſtos paratus cum canna in loco dexteræ partis Eccleſiæ, & mox vt primam Antiph: audierit, extinguit primam lucernam. In fine verò ſequentis pſalmi ex parte ſiniſtra mutat aliam in medio tertiam, hoc ordine de alijs proſequitur. His omnibus extinctis ſimili modo in matutinis per ſingulas Antiphonas extinguuntur. Dicto etiam verſu ante Euágelium, ſubtrahitur media & reſeruatur vſq; in Sabbathum ſanctum. His finitis vadunt per oratoria, pſalmos canendo cũm Antiph. Omittitur etiam Gloria patri, & contra vbi gloria recolitur

Lectiones & pſalmi in matutinis.

Lumina & extinctio illorum in tribus diebus Sanctæ ſeptimanæ.

Quare lumina ſeptuaginta duo eſſe debent.

Media candela nõ extinguitur.

ſanctæ Trinitatis, quia vna eſt perſona filij Dei, & filij hominis qui pati venerat, conformat ſe ſancta Eccleſia capiti ſuo; & de glorificatione eius reticet vſque dum exaltetur per triumphum victoria. Quia ordo Prædicatorum tempore paſsionis ſiluit, reticetur ſonus ſignorum atque campanarum. Per hoc enim humilior ſonus lignorum ad congregandum populum aſſumitur, à pacis oſculo ſiue ſalutatione abſtinetur, non quod malum ſit, vbi ex charitate profertur, ſed ad vitandam ſalutationem peſtiferam, qualem Iudas proditor exercuit, vt demonſtretur qui iniuriam paſſus eſt Chriſtus à ſuo diſcipulo: & nos vitemus eandem iniuriam fratribus facere, ſigno enim doloſo traditus eſt Dominus. Inuitatorium non cantatur, vt doceant malum conuentum vitare ſuos, qualis fuit apud Iudæos de nece Chriſti. Sacerdotale officium his diebus non agitur, quia percuſſus eſt paſtor, qui eſt Chriſtus & arietes gregis diſsipati ſunt. Iſto die pœnitentes ad remiſsionem peccatorum redeunt, iuxta Decreta Innocentij papæ, qui dicit: De pœnitentibus autem qui ſiue ex grauioribus commiſsis, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo. Feria quinta ante Paſcha eis remittendum Rom. Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Poſt hoc egreditur pœnitens mane de loco, vbi pœnitentiam geſsit, & in gremio Eccleſiæ præſentatur, proſtrato omni corpore in terra, tunc decantant hos

Quare Gloria in excelſis omittatur tēpore ſepulturæ.

Quare tabulis & ſonitu illorum populus ad Eccleſiam conuocetur.

Quare oſculatio in ſacris ceſſet tēpore ſepulturæ.

Quare miſſa non celebratur tempore ſepulturæ.

Communis pœnitentiæ tempus & ceremoniæ.

hos pſalmos: Miſerere mei Deus, cum autem: Cor mundum, deinde Kyrieeleiſon, & Pater noſter & capitula & preces. Saluum fac ſeruum tuum Domine. Conuertere Domine. Mittat tibi Dominus. Illuſtra faciē tuam. Domine vidi humilitatē. Exaudi me Domine quoniam benignus. ORATIO. Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & me, qui etiam miſericordia tua primus indigeo, & reliqua. Antiphona: Præſta quæſumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum. Antiphona: Deus humani generis benigniſſime conditor, & miſericordiſsime reformator. Alia: Deus ſub cuius oculo omne cor trepidat, omneſque conſcientiæ contremiſcunt, & reliqua. Poſt hoc verò admoneatur à Sacerdote, vt quod pœnitendo diluit, iterando non repetat. Miſſa vnde ſupra. Antiphona: Ego autem in Domino ſperaui. Omnipotens ſempiterne Deus confitentibus huic famulo. Epiſtola: Quærite Dominum. GR. De neceſsitatibus. Euangelium: Subleuatis oculis in cœlum. Offert. Factus eſt Dominus firmamenti. Secret. Virtutum cœleſtium Deus de cuius gratiæ rore deſcendit. Coll. Illumina faciem tuam. Ad comple: Concede quæſumus Domine, vt perceptum noui ſacramenti myſterium. Eodem die altaria templi & parietes ſiue pauimenta Eccleſiæ lauantur, & vaſa Domino ſacrata purificantur. Quamuis ornatui poſsit congruere lauatio, eorū tamen nō deeſt aliquid myſticū. Parietes domus vocabulum habent Eccleſiæ,

Lotio altarium inferia quinta Sanctæ ſeptimanæ.

quia

quia continēt Eccleſiam, non tamen ſunt ipſi Eccleſia. Ac per hoc quia Eccleſia conuocatio interpretatur, homines ſunt Eccleſia, non parietes domus. Qui tamen propterea ſanctificatur ab Epiſcopo, vt in eis inuitetur aduentus angelorum, & homines in ea intrantes ab omni turpiloquio & ſcurrilitate, nouerint ſe continere, vt audiant quod Moiſes audiuit, quando voluit videre rubum ardentem: Solue calciamenmentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Calciamēta quę ex mortuis animalibus fiūt, veteris hominis peccata ſignificant: intrātes nos in loca ſancta, vbi Dominus eſt & angeli eius, exuamus nos his calciamentis, & ea quæ ſunt Domini cogitemus. Pauimētum Eccleſiæ auditorum, magiſtrorumq́; ſunt. Lauatio domus, quæ nuncupatiuè Eccleſia dicitur, ſignum eſt lauationis pedum fratrum: lauatio pedum fratrum, ſignum eſt remiſsionis peccatorum, ſiue quando à Domino remittuntur, ſeu inuicē à nobis ipſis. Hodie chriſma cōficitur vel conſecratur. Vnde Chriſtus, id eſt, vnctus, à chriſmate appellatur. Vnguentum iſtud Moiſes primum in Exodo iubente Domino compoſuit, quo primi Aaron & filij eius in teſtimonium ſacerdotij & ſanctitatis peruncti ſunt. Deinde quoque reges eodem chriſmate ſacrabantur. Vnde & Chriſti nuncupantur, vt illud: Nolite tangere Chriſtos meos. Eratq́ue eo tempore tantū in regibus & Sacerdotibus myſtica vnctio. Sed poſtquā Dominus noſter verus Rex & Sacerdos à Deo patre cœleſti, hoc

Quid per Eccleſiam intelligendū.

Ceremoniæ lotionis pedum.

Chriſmatis conficiendi ceremoniæ.

eſt,myſtico delibutus eſt vnguẽto, iã non ſoli reges & põtifices, ſed omnis Eccleſia vnctione chriſmatis conſecratur, pro eo quod membrum eſt æterni regis & Sacerdotis. Conficitur enim ex oleo mundiſs. & optimo balſamo, quia genus regale & ſacerdotale ſumus, ideo poſt lauacrum vngimur, & Chriſti nomine cõſecramur. Chriſmalis enim vnctio ſanctificat iam viuentes & mortuos, & ideo feria quinta conficitur, quia quinta ætate mundi ad nos Chriſtus veniſſe perhibetur, ſiue quod ante biduũ paſchę Maria caput ac pedes Domini perũxit. Benedicitur oleũ pro infirmo, quia paſsio Chriſti autorem mortis deſtruxit. Gratia eius quæ ſignificatur per olei vnctionem, arma eius quæ ſunt peccata quotidiana deſtruxit, Iacobo atteſtante: Oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, dimittuntur ei, cuius ſignum eſt olei vnctio. Eadem die hora nona ſcilicet quando dies ſunt longiores, ſeu hora quinta, quando breuiores, excutitur ignis de lapide in loco foris baſilicam, & illuminatur candela. De quo igne nouo illuminatur à manſionario Eccleſiæ lampas vna & ſeruatur vſq; in Sabbathum ſanctum ad illuminandum cereum qui eodem die eſt benedicendus. Dequo in Sabbatho ſancto dicendum eſt. Supraſcriptam verò candelam illuminatam ponit manſionarius in ſummitate cannæ, ita vt reſpiciat Eccleſiam quam ſunt ingreſſuri, proſequẽte eum populo cum ſummo ſilentio atque inclinatione, ipſa vero Eccleſia abſque lumine erit.

Sanctum oleum.

Hic mos nõ extat.

Solennitas & ceremoniæ cœnæ Domini feriæ quintæ

Cuſtodes autem lampades ſeptem ante altare ita præparatas habeant, vt abſque vllo impedimento cuiuſcunque retardationis manu manſionarij, cum eadem candela poſsint accendi. Deinceps verò à cuſtodibus omni lumine decoretur Eccleſia, & ſicut iſto die ita & feria quinta atque Sabbatho. Eo ordine vt à manſionario feria quinta porteтur, feria ſexta ab Archidiacono, Sabbatho ab Epiſcopo iuniore, in cœnobijs verò feria quinta à cuſtode Eccleſiæ, feria ſexta à Præpoſito, Sabbatho ab Abbate. Poſt illuminationem verò Eccleſiæ inchoatur ad miſſam Antiphona: Nos autem. Interim egreditur pontifex de ſacrario cum diaconibus Dalmaticis, & ſeptem cereos ſtantes ante eum, ſicut in die ſolemni, cum omni ſcilicet ornatu. Dum tranſierit per medium ſcholæ, annuit illi vt dicat gloriam. Antequam verò aſcendat ad altare dat pacē priori Epiſcopo, & priori presbytero, deinde diaconibus, veniensq́; ante altare, inclinat ſe ad orationē proſtratus in terrá vſq; ad verſum repetēdū. Quo finito dicitur Kyrieeleiſon. Deinde Dn̄s vobiſcū, & peragitur miſſa, ipſo die ita cōficitur chriſma. In vltimo ad miſſam antequá dicatur, Per quem hæc omnia Dn̄e ſemper bona creas, leuatur de ampullis, quas offerūt populi, & benedicit tam Dn̄s Papa, quā omnes presbyteri, deinde ſequitur exorciſmus olei. His expletis, ſequitur oratio Dominica. Libera nos quæſumus Domine. Pax Domini, & Agnus Dei, & cōmunicat pontifex ſolus, & redit ad ſedem ſuam, & ſequitur ad Com. Domi

nus

nus Ieſus poſtquã cœnauit. Pſalmus: Beati immaculati. ad repetẽdum, quantum neceſſe erit. Interim cõmunicat clerus, ſeu omnis populus. Sequitur ad Compl. oratio: Hac expleta dicit Diaconus: Ite miſſa eſt. Cui ſubſequũtur veſperæ, vt in antiphonario continetur. De eodẽ verò die legitur in ordinibus, quòd reſeruandum ſit de corpore Domini ad cõmunicandum in craſtinum. Auguſtinus ad Ianuarium: Sunt qui quotidie Euchariſtiam volunt ſumere, & quia in Paraſceue non conficitur corpus Domini, neceſſe eſt vt hi quibus eſt voluntas cõmunicandi, habeant ſacrificiũ ex priori die, quod tamen Romani non faciunt. In iſto enim die cõſummatur agnus typicus, conſummaturq; modus communicationis, & illud vetus ſacramentum per calicem, quem porrexit diſcipulis ſuis, Deo gratias agendo, quòd vetera tranſitura, & ventura noua quæ debemus expectare vſque in reſurrectionem Domini, dixit enim Dominus: Non bibam de hoc genimine vitis, vſq; in diem illum, & reliqua. Dehinc tranſitus ad conuiuium, ex quo cœna Domini vocatur. Cœna enim Dominica dicitur, eo q, ipſe Dominus cũ diſcipulis & Paſcha fecerit, hoc ordine autem factum eſt: Circa veſperum verò cœna facta, id eſt, parata & ad conuiuantium menſam vſque perducta non tranſacta, neque finita, ſurgit Ieſus à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteũ præcinxit ſe, deinde mittit aquam in peluim, veniensque primum ad Petrum cœpit lauare pedes eius, & exter-

Communicatio Sacerdotum ſub vna ſpecie in feria quinta.

Quare in die Paraſceues corpus Domini nõ cõficitur.

Solennitas conuiuij cœnæ domini cæ in feria quinta.

gere linteo quo erat præcinctus, & diſcipulorum. Cui dixit Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? & Dominus ait: Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies aũt poſtea, & reliqua. Poſtq̃ autem lauit pedes, recubuit iterum. Non eſt hic intelligendum conſumptam cœnã atq; tranſactam, adhuc enim cœnabatur cũ Dominus ſurrexit, & lauit pedes eorum, nam poſtea recubuit, & buccellam ſuo traditori poſtea dedit, erat enim iã nox, vtique nondum finita cœna, hoc eſt, dũ adhuc panis in menſa eſſet, & poſt pauca ait diſcipulis: Si ego laui veſtros pedes vſque, & vos ita faciatis. Aliqui enim viri religioſi ſumunt prius parum, & poſtea lauant pedes, deinde cœnant. hoc imbuti exemplo fideles Chriſtiani, non dedignantur facere conſeruis ſuis, quod Chirſtus fecit diſcipulis, hoc eſt, pedes omniũ lauare, tã pauperũ q̃ peregrinorũ, & aliquid de copijs ſuis tribuere, & qui hoc nõ valet, debitũ ſibi proximis relaxet, quatenus illi remittatur in cœlo, ipſe enim vobis quotidie lauat pedes, qui interpellat pro nobis. Ipſum enim ſignũ lauatio pauimentorum Eccleſiæ. In lauatione pedũ decantantur Antiphonæ: Poſtquã ſurrexerit. Si ergo Dominus, Dominus Ieſus. Mandatum nouum. In hoc cognoſcent omnes. Diligamus nos inuicẽ. In diebus illis. Charitas. His finitis nudãtur altaria iã circa noctem, & ſic permanent vſque ad Sabbathum ſanctum. Altare Chriſtum ſignificat, qui tunc nudatus eſt à veſtimentis, hoc eſt, à diſcipulis, quando relicto eo omnes fugerũt. In hac enim

Ceremoniæ lotionis pedum feriæ quintæ in ſancta ſeptimana.

Denudatio altarium.

enim nocte Chriſtus veteri legi finem dat,quæ non ſoluebat peccata, ſed puniebat: dat initiũ noui teſtamenti, per quod peccata abſoluuntur. Ab hac enim nocte vſque Sabbathum nõnulli ſerui Dei imitantes Apoſtolos,ieiuni permanent, aliqui verò contenti ſunt pane tãtum & herbis,atque leguminibus ſeu cicera.

Solennitas paraſceues. Paraſceuę præparatio interpretatur, quæ & quinta Sabbathi dicitur. In hoc enim die præparabant Iudæi ea quæ in Sabbatho erant neceſſaria, iuxta quod de manna præceptum eſt, ſexta die colligetis duplum, & ideo in ſolenni tate habetur, quia eo die Chriſtus myſterium crucis expleuit, propter quòd in hunc mundũ venerat, vt quia ligno percuſsi fueramus in Adam, rurſum per ligni myſterium ſanaremur, huius enim cauſa triumphi humana poſsibilitas Chriſto per omnem mundum celebritatem annuam præbet, pro eo quòd dignatus eſt ſan guine paſsionis ſuæ redimere peccatum mundi,& per crucem morte deuicta abſoluere. Tri partita autem ratio Dominicæ paſsionis oſtenditur. Prima, vt Chriſtus pro reatu mundi redemptionẽ daret, & hoſtis antiquus velut hamo crucis caperetur, ſcilicet vt quos abſorbuerat, euomeret, non potentia victus, ſed iuſtitia. Secunda cauſa eſt, vt ſecutoribus hominibus vitæ magiſteriũ præberet, ad hoc enim aſcẽdit in crucem,vt nobis paſsionis & reſurrectionis præberet exẽplum. Tertia cauſa eſt,ſuſceptę crucis,vt ſuperbia ſeculi,& inflata ſapientia per crucis ſtultã,vt putatur prædicationem, humi- *Cauſæ paſſionis dominicæ.*

liata corrueret,vt pateret quod ſtultumDei eſt, quantò ſit ſapiẽtiushominibus. Cur aũt hodie miſſa nõ cantatur,ſed neq; in Sabbatho ſancto donec ad vigilias noctis. S. Innocentius Papa in Decretalibus dicit: Iſto biduo ſacramenta penitus nõ celebrari, quia percuſſus eſt paſtor, & oues eius gregis diſsipatę ſunt,ſeu q, Apoſtolos quos imitari debemus iſto biduo in triſtitia & mœrore fuiſſe,& ieiunos vſq; in reſurrectionem permãſiſſe credimus. In ipſo aũt die horà quinta deportatur lumen,vt ſupra ab Archidiacono ſeu præpoſito,& illuminantur lãpades ſeptem. Pontifex aũt ſeu clerus atq; populus procedit ad Eccleſiá. Interim verò egreditur Archidiaconus cũ alijs diaconibus de ſacrario, induti ſcilicet planetis fuſcis, & duos cereos ſtata ante ipſos cũ cereis accenſis procedentes vſq; ad altare cũ ſilentio & oratione cõpleta atque oſculato altari, vadunt ad ſedem pontificis more ſolito, deinde annuit Archidiaconus ſubdiacono,vt legatur lectio prima,ſequitur Reſpõſoriũ: Dñe audiui. Iſta reſpõſoria cũ IIII. verſibus,ſignificant Chriſtum,qui IIII. elementa in effigie hominis aſſumpſit. Illa enim pendebant in cruce inter duo animalia, hoc eſt, inter duos latrones. Sequitur altera lectio, deinde more Romano ſequitur Reſponſorium: Quĩ habitat. Require in initio Quadrageſimæ. Iſte tractus trahit nos ad longitudinem vitæ æternæ. In qua ſalutare Dei,hoc eſt,Chriſtum, quem nefandiſs. Iudæi in cruce poſitum hodie viderunt,& nos credimus viſuros facie ad faciem in æternitate ſua.

Miſſa cur non cantetur in die Paraſceues.

Solẽnia & ceremoniæ Paraſceues.

Lectiones in die Paraſceues.

Canunt hic aliqui tractum nuperrime compilatum. Eripe me Domine ab homine. Sequitur abſque ſalutatione paſsio Domini noſtri. Hac expleta ſtatim duo diaconi nudant altare ſindone, qui prius fuerat ſub Euangelio poſita in modũ furantis. Aliqui verò antequam legatur paſsio præparant ſindones duas, ſibi inuicem parumper cohærẽtes, & in eo verſu vbi legitur: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, ſcindunt hinc inde ipſas ſindones deſuper altari in modũ furãtis & ſecũ auferũt, qa altare Chriſtũ ſignificat, & Apoſtolus veſtimenta ipſius, cõuenit vt ſubtus Euangeliũ aliquid iaceat ob honeſtatẽ, quo ſublato rapitur quod ſubiectũ fuit, quia dedito Chriſto inter manus iniquorũ Apoſtoli fugerunt. Per ſindonem verò poteſt intelligi Ioannes, qui perſeuerauit cũ Domino vſque ad crucem, & poſtea ſe occuluit. Notandum eſt enim quia in Romana Eccleſia extinguitur totus ignis in ſexta feria, & reaccenditur, in hoc facto imitatur ignis fotus, & conſeruatus per cõgeſtã lignorũ. Principalem ignem, id eſt, ſolem corporeum, qui ab humanis obtutibus ſe abſcondit, quod rem paſſam à ſexta hora vſque ad nonam, ne ſuo lumine fruerentur, qui malę gaudebant de ignominia Domini ſui, hac cauſą extinguitur in ſexta feria ſexta hora, & renouatur circa horam nonam, inter quæ conuenit, vt hæ horæ hic recolãtur, quibus tunc geſtã ſunt. Mox ſequuntur orationes ſolẽnes ad Hieruſalem. Solemnes dicuntur, quia ab hominibus ſolẽniter debent celebrari, fit in eis mentio

Paſsio Domini ſiue Miſſa cantatur die Paraſceues

Olim ignis vbique extinguebatur die Paraſceues.

omnium fidelium, & infidelium, nec ab re eſt, quod pendente Domino in cruce, & Iudæis illi inſultatibus pro ipſis orauerit. Ex hoc & nos ad memoriam reducamus, quòd quando aliquid modeſtè patimur, aut ab inimicis perſequimur, ad orationem ilicò confugere debeamus pro periculis huius vitæ, & pro hæreticis & paganis, & per omnes alias orationes genu flectimus, vt per hunc habitũ corporis, mentis humilitatem attendamus. Excepto quãdo pro perfidis Iudęis oramus, illi enim genu flectebãt Domino, opus bonum malè operantes, quia illudẽdo hæc faciebãt. Nos ad demonſtrandũ, quia fugere debeamus opera quæ ſimulando fiunt, vitamus genu flexionem pro Iudæis. Denique pontifex veniens ante altare, ſiue vt in alio ordine legitur, tranſiens in dexteram partem Eccleſiæ infra thronũ Dei, Oremus, & diaconus, Flectamus genua. Item diaconus: Leuate, & pontifex dat orationem, ſicut in ſacramẽtario cõtinetur. His finitis omnes exeũt foras, Apoſtolico hoc agẽte, nos hora noña inchoamus. Circa veſperum verò in omnibus Eccleſijs Presbyterorum, ſeu Epiſcoporum atq; cœnobiorum præparatur crux ante altare, & ſuſtẽtatur hinc inde à duobus accolitis, poſito ante eam orario, venit põtifex ſolus, & adoratam deoſculatur crucem. Deinde presbyteri & diaconi & cæteri per ordinẽ, deinde populus. Põtifex verò ſedet in ſede donec omnes ſalutent. Presbyteri verò duo priores ſalutata cruce, intrant in ſacrarium, & deferunt corpus Domini,

Genuũ flexiones die paraſceues.

Crucis ſimulachrũ in templis poſitum die paraſceues.

quod

quod pridie remanſit, ponentes illud in patena,& ſubdiaconus tenet ante ipſos calicē cum vino non conſecrato, & alter ſubdiaconus patenam cū ſupradicto corpore Domini, à quibus accipiunt Presbyteri patenā & calicem, & ponunt ſuper altare nudatum, pontifex verò ſedet dū ſalutat populus crucem, ſalutante enim prius pōtifice ſeu populo, cātatur Antiph. Ecce lignū. Pſal. Beati immaculati. Itē: Crucem tuā. Pſalm. Deus miſereatur. Alia: Dum fabricator. Quando hanc crucē adoramus, omne corpus noſtrū hæreat terræ, & ipſum quem adoramus quaſi pendentem in ea mente cernamus, virtutemq; quā accepit Dei filio, ipſam adoramus. Proſternimur corpore ante crucem, mente ante Dominum, veneramur crucē per quā redempti ſumus, & illum deprecamur, qui redemit. Qui verò non poſſunt habere de ligno Domini, ſalua fide adorant illā qui habent, de quibus venerationibus quæ conueniunt per ſingulas orationes ſuperiores B. Ioannes Chryſoſtomus inter cætera ſic dicit: Crux Eccleſiæ fundamentum, atque orbis terræ cautela, crux annunciatio Apoſtolorum, gloriatio martyrum, ſpes Chriſtianorum, crux gaudium ſacerdotum, virginum caſtitas, monachorum abſtinentia. Crux imperat philoſophis, & regnum magnificentibus ſeu deſtructio ſuperborum. Crux ægrotantium medicus, nauigantibus gubernator, atq; periclitantium portus, crux inſenſatorum ſapientia, atque libertas ſeruorum, crux ſcandalum Iudæorum, atque perditio impiorum,

Adoratio Crucis die Paraſceues.

piorum, crux templorum deſtructio & repulſio Idolorum. Qua ſalutata & repoſita in loco ſuo venit pontifex ante altare & dicit: Præceptis ſalutaribus moniti, Pater noſter, Libera nos. Cum verò dixerint: Amen, ſumit de pane ſancto, & ponit in calicem ſilendo. Pax Domini non dicit, quia non ſequuntur oſcula circũſtantium. Significatur autem vinum non conſecratum per ſanctificatum panem. Tunc communicant omnes cum ſilentio, & expleta ſunt vniuerſa. De hac autem communicatione vtrum debeat fieri relatum eſt, denique petente hodie corpus Domini Ioſeph ſerò, & aſpicientibus mulieribus vſque ſepulto reuertentes emerunt aromata & vnguenta, & Sabbatho ſequenti propter mandatum ſiluerũt, paranteſq; aromata mane vt vngerent corpus Domini venerunt. In die paraſceue non cantatur miſſa, quia ipſa Die Dominus Ieſus ſeipſum obtulit hoſtiam Deo patri pro nobis, & ipſa oblatio ſufficit ad ſalutem credentium. Tenebræ ideo luminum extinctione figurantur, quia tunc vera lux mundi occubuit, & tenebræ totum mundum operuerunt. Quod verò ipſo die pannus ſcinditur, hoc portendere videtur, quod & pictura in parietibus expreſſa, videlicet vt ſemper recolamus Dominum pro nobis paſſum, & veſtimenta eius fuiſſe diuiſa non immerito vno die & duabus noctibus Dominus in ſepulchro iacuit, quia videlicet lucem ſuæ ſimplæ mortis tenebris duplæ noſtræ mortis adiunxit; ad nos quippe venit, qui in morte ſpiri-

Quare pax Domini nõ dicatur Paraſceue.

Communicatio in die Paraſceues

Miſſa non cãtatur die Paraſceues

ſpiritus carniſq; & animæ tenebamur: vnam ad nos ſuam, id eſt, carnis mortem detulit, & duas noſtras quas recepit ſoluit. Si enim vtramq; ſuſciperet, nos a nullo liberaret, ſed vnam miſe ricorditer accepit, & iuſtè vtranq; damnauit. Simplam ſuam duplæ noſtræ contulit, & duplam noſtram moriens ſubegit.

Quæſtionem à tua dilectione mihi propoſitam, eo difficilius aggredior elucidandam, quo hanc nec in patrũ ſcriptis expoſitam hactenus reperi, nec Magiſtrorum traditione percepi, ſed nec ab vllo quæſitam audiui, vnde totiens te rogantem euidenti ratione aut Scripturarum authoritate poſſem probare. Quid autẽ mihi exinde videatur, viua voce vtcunque tibi niſus ſum explanare, vt ſic me ſubducerem ab hac ſcrupuloſitate. cum enim dicat Salomon: Altiora te ne ſcruteris, veteor illa appetere, ad quæ tenuitas ingenioli mei non valeat ſurgere. Modulum enim ſuum vnumquemq; conſiderare prudenter nos admonet Lyricus dicens:

Eſt quoddam prodire tenus, ſed non datur vltra.

Cum ergo huius rei audientiam tibi ſufficere dixiſſem, cauſatus es fragilem humanæ mentis memoriam, nec audita diu retinere: ob hoc lite ras eſſe repertas, quibus oblita per incuriam, poſsint recuperari per diligentiam, & ideo acri us inſtitiſti, vt hoc tibi qualicunq; ſtilo literis mandata contraderem. Si quid ergo ineptum proceſſerit, non meæ temeritati, ſed tuæ iuſtius imputabitur importunitati. Quanquam haud

ſcio

ſcio vtrum ea quæ ſentio verba valeam explicare. Quæris igitur cur Sanctorum dies, quibus de hoc ſeculo migrauerunt ſolemniter & cum magna exultatione celebremus, adeò vt in ipſis abſtinentiæ aliquantulum rigore laxato paululum remiſsius viuamus? Cur diem paſsionis Chriſti, quo de hoc mundo per mortem tranſijt, ſicut Euangelium teſtatur in magna afflictione & carnis maceratione cordiſq; contritione iubeamur celebrare, quę vt ais oportuerat tanto ſublimius tantoq́; feſtiuius, imo alacrius excolere, quanto conſtat Chriſtum ſanctorum omniũ meritum tranſcendere. Quod vt autumo rectè diceretur, iuſteq́; dies illa cunctis feſtiuitatibus ſolénior haberetur, ac iucundius celebraretur, ſi Chriſtus, vt purus homo, per temporalem mortem ad eam gloriam tranſiſſet, eáq́; antea nunquam habuiſſet. Iure enim eius gloriæ congauderemus, qui eum per mortem conſecutum fuiſſe ſciremus. At verò cum ſcimus Chriſtum Dei filium ante omnia ſecula ſemper exiſtere glorioſum, eiuſq́; gloriam, ſicuti nec minui, ita nec augeri poſſe, eũdem tamen pro noſtra redemptione tantum ſe humiliaſſe, vt non ſolum noſtræ carnis morticinium dignaretur aſſumere, verumetiam qui erat immortalis in ſua natura mori dignaretur in noſtra, in qua morte plus humiliatus videtur, quã exaltatus, & qui nulla ſui neceſsitate, ſed benigna & ſpontanea voluntate, nec pro ſe, vtpote qui morti nil debuit, ſed pro nobis qui morti eramus obnoxij ſuſtinuit. Iuſtum eſt vt hi pro

quibus paſſus eſt impaſsibilis cum omni huius ſeculi tempore, tum præcipuè in die ſuæ paſsionis ei compatiátur, pro ſe dolenti cõdoleant, pro ſe triſtanti triſtitiæ vicem rependant, amore pro ſe morientis in hac potiſsimum die ab omni carnis delectatione ſemetipſos commortificent. Si enim iuxta Apoſtolum vno aliquo dolente membro condolent reliqua, quantò magis ſummo patiente membro, id eſt, capite, quo reguntur omnia membra, compati debent illa quæ ab eo reguntur membra Chriſti autem membra credentes in eum, ipſumq; caput omnium in ſe credẽtium, nullus ignorat fidelium. Sicut econtra iniqui membra ſunt diaboli. Inter quæ præcipuum locum tenent Iudęi perſecutores Chriſti, quos luce clarius cõſtat inuidio ſe gauiſos fuiſſe in morte Chriſti. Sicut econtra Apoſtolos qui ſunt præcipua membra Chriſti amorabiliter contriſtatos de iniuſta nece Chriſti. Quod ſi nos inter mẽbra qui iã nõ ad miſerias naſcũtur, ſed de miſerijs ad gaudia trãſeunt ſine fine poſsidẽda, nõ nos corporalibus illecebris reſoluẽtes, vt faciebãt pagani, verũ canticis ſpiritualib' hymniſq; cœleſtibus in Chriſto tripudiãtes, vt Chriſtiani. Quãuis nõ denegemus etiã corporaliter aliquantulũ remiſsius quã cęteris eſſe viuendũ, propter quoſdam vt reor hebetiores, qui nihil putant eſſe feſtiuum, niſi quod viderint corporali delectatione mellitum. Sanè eſt, quia Sanctos eoſdem ad hanc quã diximus fœlicitatem, per afflictionem non ignoramus perueniſſe temporalem, neceſſe eſt vt ſicut

æter-

æternæ eorum congaudemus lætitiæ, ſic temporali quoq; illorum compatiamur anguſtiæ, quatenus per omnia eorũ ſequẽtes veſtigia, ad eadem illis intercedentibus mereamur pertingere gaudia. At quod ſignandum præcedentibus eadem natalitia diebus, quas vulgo vigilias eorum appellamus ſolito parcius veſcẽtes, eadem ſolemnia debitis ieiuniorum obſequijs & maceratione carnis deuotè præuenimus, vt per pridianam purificati abſtinentiã, dignius celebremus ſequentis feſti lætitiam. Vnde & in officio miſſæ earundem vigiliarum feſtiuiſsimum Alleluyaticum melos intermittemus, ſicut alijs ieiuniorum diebus, niſi forte Dominica dies fuerit, quæ nullo tempore ieiunare, ſed ſemper feſtiuum eſſe Dominicę reſurrectionis auctoritas cogit, quod vtrumq; & præcedentem totius Eccleſiæ ſanctorum afflictioni compaſsionem, & de eorum gloria ſequentem exultationem Dominus in Euangelio ſub ſpecie mulieris parabolicè deſignat, cum eam parturientem aſſerit triſtari, cum autem peperit in immenſum gratulari. Quia enim parturire dicimus ante partum anxiari, parere autem partum effundere, iure mulier per quam ſancta figuratur Eccleſia, cum parturit dolere dicitur, quia cum filios ſuos, quos fide conceperit antequam in æternam pariat vitam, difficultate pariendi diuerſis tribulationibus ab impijs impediri, anguſtiata magnis doloribus ingemiſcit, cùm verò eos quos ita parturierat, de huius mundi anguſtijs ad cœleſte peperit regnum, dici non poteſt quantum

quantum de felicissimo filiorũ partu tripudiat. Quod primitiua quidem Eccleſia perſecutionis tempore hiſtorialiter agebat, ſed ea quæ nũc eſt à Chriſto pace iam reddita, pia æmulatione ſpiritaliter repræſentat. Præteritos igitur parturitionis eius dolores in vigilijs ſanctorum, ieiunijs & afflictione carnis rotamur, ſequentem verò eius iam enixè alacritatem ipſius iocunditate feſtiuitatis æmulamur. Importunitati tuæ dulciſsime fili, etſi non vt debui, vt potui tamen ſatisfacere inſtiti, quanquã difficultate quæſtionis cogente, verboſior forſitan extiti.

LIBER SECVNDVS QVI CONTINET LIBRVM Rhabani Mauri, Archiepiſcopi Moguntini, ad Ludouicum pium Imperatorem Caroli Magni filium ſcriptum.

DOMINO PIISSIMO LVDOVICO AVGVSTO HONOR ET VICTORIA, ET SALVS PERPETVA.

Metrica tyrones nunc promant carmina caſtos,
Et laudem capiat quadrato cardine Virgo,
Trinus in arce Deus, qui pollens ſecla creauit,
Regnator mundi, regnans in ſedibus altis,
Indigno conferre mihi dignetur in æthra
Cum ſanctis requiem, quos laudo verſibus iſtis.
Arbiter altithronus qui ſeruat ſceptra ſuperna,
Tradidit his cœli per ſudum ſcandere lumen,
Inter ſanctorum cuneos, qui laude perenni
Ritè glorificant moderantem regna Tonantem.
Omnitenens Dominus, mundi formator & autbor,
Nobis pauperibus confer ſuffragia certa,
Et ne concedas trudendos hoſtibus iſtis,
Sed magis exiguos defendens dextera tangat,
Ne prædo pellax cœlorum claudere lumen.
Vel ſanctos valeat noxarum fallere ſcena.
Nec fur ſtrophoſus foueam detrudat in atram.
Conditor à ſummo quos Chriſtus ſeruat Olympo,
Paſtor ouile tuens, ne poſsit rabula raptor
Regales vaſtans caulas bis dicere pulſas,

AV-

AVTHOR AD LECTO-
REM DE SEIPSO.

Rure morans flexo decerpſi pollice flores,
Qui mixtim ſpirant Nectar odoriferum.
Arboribus celſis euulſi ex cortice ramos,
Qui folijs myrram, balſama rore dabunt.
Hæc quoque collecta calathis cum lector opime
Cernas, non ſpernas, ſed relegens teneas.
Hic quoq́ virtutum redolet gratiſſimus ordo,
Sordibus & fœtor pellitur arte procul.
His tu delicijs frueris, ſi ritè placebis
Altithrono, & fœlix regna beata capis.
Collectoris enim nomen ſi noſcere quæris,
Maurus dicor ego, tu ſine fine vale.

PRAEFATIO AVTHORIS AD IMPERATOREM LVdouicum Pium.

QVam grata ſit (ergo) Domino Optimo fides et humilitas, atq; modeſtia plurimis ſacrarũ ſcripturarum locis demonſtratur. Maximè cum Apoſtolus dicat: ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Et itẽ (inquit) * ſi qui enim ſuorũ, et maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Et Petrus: Adoleſcentes, inquit, ſubditi eſtote ſenioribus, omnes autem inuicem humilitatem inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et alibi ipſe Dominus dicit: * Super quẽ requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos. Ideo quam deteſtabilis ſit infidelitas, ſuperbia, & contumacia omnibus patet. Præmium ergo ſubditis, & obedientibus promittitur. E contrario, pœnæ contumacibus, atq; ſuperbis prædicuntur. Vnde fruſtra nitũtur qui honori veſtro inuident Religioſiſsime Imperator, iniquiſq; calumnijs vos perſequuntur, cum Omnipotentis Dei virtus ſperanti in ſe victoriam certam pareat, & ſuperborum contumaciam iuſtè proſternat. Quid autem inde canon diuinorum librorum

Heb. 11.

1. Timoth. 5
** ſi quis ſuorum.*

1. Pet. 5.

Iſa. 66.
** Ad quẽ reſpiciã niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu.*

brorum ſanciat, ſecundum iuſſum veſtrum ſententijs quæ decenti proximè occurrunt pandere curabo. Nam in Exodo ita Dominus mandat: Dijs non detrahes, & Principi populi tui *Exod.22.*
non maledices. Hinc & Deuteron: Qui autem (inquit) ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis *Deū*
imperio, qui eo tẽpore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël, cunctuſq; populus audiẽs timebit. Et nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Hinc & Samuël propheta in libro Regũ *1. Reg.15.*
obedientiã ita laudauit, dicens: Melior eſt enim obedientia, quàm victimæ, & auſcultare magis quàm offerre adipẽ arietum. Quoniã quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: & quaſi ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere. Vnde in prouerbijs ſcriptum eſt: Time Dominũ fili mi, & Regẽ, & *Prou.24.*
cum detractoribus nõ commiſcearis, quoniam repentè conſurget perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit? Et in Eccleſiaſte: In cogi *Eccl.10.*
tatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui, non maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annuntiabunt ſententiã. Dauid quoq; quãta reuerentia ſit Regiæ dignitati, & ſubiectio ab omnibus adhibenda oſtendit, qui noluit in Saul perſequentem manum mittere, ſed viris illis qui eum perſuaſerunt vt memoratum Regem quaſi ſibi traditum in deſerto Engaddi, vel in Ziph percuteret, atque interimeret, reſpõdit dicens: Propitius ſit mihi Dominus, *1. Reg.24.*
ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Do

mini, vt mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt. Et item: Quis (inquit)
1. Reg. 26. extendit manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit? Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium deſcendens perierit: propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manũ meam in Chriſtum Domini. Vnde & illũ iuuenem, qui ſe plaudebat quaſi occideretur Saul, iuſsit interficere, dicens ad eũ: Quare non
2. Reg. 1. timuiſti mittere manũ tuam, vt occideres Chriſtum Domini? Sanguis tuus ſuper caput tuũ. Os enim tuum loquutum eſt aduerſum te, dicens: Ego interfeci Chriſtum Domini. Similiter & alij prophetæ, atq; ſancti viri aliquoties leguntur, nõ ſolum bonis, ſed etiã impijs, ac perfidis regibus exhibuiſſe honorem, & non tantũ verbo, imo etiã facto: nec hoc metu mortis, ſed pura fecere cõſcientia, quia ſciebant poteſtatem non eſſe niſi à Deo. Vnde legitur quod manus Domini facta ſit ſuper Heliam, accinctisq; lumbis cucurrerit ante Achab, donec veniret in Iez
3. Reg. 18. rahel. Daniel quoq; Nabuchodonoſor Regi interpretans ſomnium, humili voce locutus eſt
Daniel. 2. ad eum, dicens: Tu Rex cogitare cœpiſti in ſtrato tuo quid eſſet futurum poſt hęc. Et qui reuelat myſteria oſtendit tibi quæ futura ſunt, mihi quoq; nõ in ſapientia quę eſt in me plus quàm in cunctis viuentibus, ſacramentum hoc reuelatum eſt, ſed vt interpretatio Regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires. Sic & in alia viſione cũ videret eam aliqua aduerſa Regi porten-

portendere,ad eundem leuiori ſermone locutus eſt,dicẽs: Domine mi rex ſomnium hoc his qui te oderunt, & interpretatio eius hoſtibus tuis ſit. Et poſtquam totam ei explicauit viſionem ſalubre conſilium ſine aliquo improperio peccati ſui dedit,dicens: Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan Deus ignoſcet delictis tuis. Simili modo & Hieremias licet ab impijs regibus, Ioachim videlicet & Zedechia malè fuiſſet tractatus,tamen manſuetudinem & patientiam ſuam non deſeruit,ſed mitia verba rependit, ac blando ſermone vtile conſilium dedit, nam ad Zedechiam Regem ita locutus eſt, dicens: Audi quæſo vocem Domini,quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Vnde adhuc in prouerbijs Salomon ait: Patientia lenietur princeps,& lingua mollis confringet duritiam. Sic & Sapiẽtia alibi docet,dicens: Admone proximum antequam cõmineris,&da locum timori altiſsimi, qui enim conuitiatur amico, diſſoluet amicitiam. Dominus quidem noſter Ieſus Chriſtus Dei filius qui ante omnia ſecula à patre Deus genitus eſt, & in tempore filius hominis fieri dignatus eſt,ipſe non ſolum Deo patri obedientiam impendit, de quo ſcriptum eſt: * Factus eſt obediens patri vſq; ad mortem, mortem autem crucis,ſed & homini ſubiacere ſemetipſum non dedignatus eſt. Hinc legitur in Euangelio, poſtquam ipſe duodenis in Hieruſalẽ à parentibus ſuis ſedens

Daniel. 4. *Ibidem.* *Prouer. 25.* *Eccle. 19.* *Philip. 2.* * *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque.*

in medio doctorum audiens illos, & interrogãs fuiſſet inuentus, deſcenderit cum eis, & venerit Nazareth, fieretque ſubditus illis. Et cum eſſet Rex omnium regum, non tamen deſpexit terreno Regi temporaliter ſubdi. Vnde parentes ſuos voluit ſub cẽſu regali adſcribi. Ipſeque qui didrachma ab eo expetebãt pro ſe, & pro Petro
Matth. 22. non vi, ſed voluntate iuſsit illa ſolui. Nec non & his qui interrogabant vtrum liceret cenſum dari Cæſari an non? Reſpondit, dicens: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Qui quomodo iuniores cũ ſenioribus ſuis age
Matth. 10. re debeant, alibi mõſtrauit: Nõ eſt, inquit, diſcipulus ſupra magiſtrũ, nec ſeruus ſuper Dominum ſuũ, ſufficit enim diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius. Petrus autem Apoſtolus quomodo poteſtatibus ſeculi ſubijci oporteat in epiſtola
1. Pet. 2. ſua oſtẽdit, dicens: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquã ab eo miſsis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Docet ergo fideles æterni videlicet Regis famulos etiam mundi poteſtatibus ſubdi, ne vel in hoc fidei, & religioni Chriſtianæ poſſet detrahi, quod per eã humanæ cõditionis iura turbentur. Nã ita poteſt rectè intelligi quod dictum eſt omni humanæ creaturæ vt ſignificetur, & fidelibus, & incredulis rerum dominis, ſiue etiam omni dignitati hominum, omni perſonæ, omni principatui, cui eos diuina di
Rom. 13. ſpoſitio ſubditos eſſe voluerit. Hoc eſt enim quod ait propter Dominum, quia non eſt po-

teſtas niſi à Deo, & qui poteſtati reſiſtit, diuinæ ordinationi reſiſtit. Sic & idem Apoſtolus in eadem epiſtola paulò pòſt ſubiungit, dicens: Sicut ſerui Dei omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate. Et item: Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis veſtris, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, hoc eſt, indiſciplinatis, ſiue agreſtibus: vtriſque ergo vult obedire ſubditos, & bene moratis & difficilioribus. Sic enim ſanctus Antiſtes Fulgētius in opuſculis ſuis ponit: Seruientes cū timore nō tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam difficilioribus. Igitur ſi indiſciplinatis, & difficillimis rerū Dominis propter Dei amorē, & conſcientiæ puritatem, iuxta Apoſtolicū pręceptū oportet Dei famulos ſubiectos eſſe, quantò magis modeſtis ac benigniſſimis principibus decet cum omni humilitate, & reuerentia obtemperare, nec aliquid aduerſus eos peruerſo conſilio, aut prauo opere machinari, quia vindex eſt Dominus de his omnibus. Hinc & doctor gentium ad Romanos, qui eo tēpore ſub perſidis imperatoribus degebant, ſcribens, ait: * Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote, nō eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi damnationem ſibi acquirunt. Nam principes nō ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere potęſtatem? bonū fac, & habebis laudem ex illa, Dei enim miniſter eſt tibi in bono, ſi

1. Pet. 2. vt ſup.

Rom. 13.

** Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.*

autem malum feceris, time. Nō enim ſine cauſa gladiū portat, Dei enim miniſter eſt vindex in ira ei qui malum agit. * Ideo neceſsitati ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam. Ideo enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruiētes. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquā debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit, ſola ergo dilectionis cauſa diuina ſunt ſeruanda mandata, quia plenitudo legis eſt dilectio. Et qui in vno offendit, factus eſt omniū reus. Propter Dei ergo timorē & dilectionē fideles oportet poteſtatibus terrenis ſubijci, & propter eū quem ſciūt & verbis ſubiectionem docere, & eam proprijs exemplis confirmare, quia cum malediceretur, non remaledicebat: cū percuteretur, non comminabatur, tradebat autem iudicāti ſe iniuſtè, quia peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, eius videlicet exemplorū veſtigia ſequentes, tribulationes in hoc mundo diſcant ſuſtinere, iuxta illud Pſalmiſtæ: Propter verba, inquit, labiorum tuorū, ego cuſtodiui vias duras. Propter quæ verba labiorum Dei? niſi quibus promittit patientibus vitam æternam. Quo autem affectu principes tractandi ſint prædictus magiſter gentium Timotheum ita docens, inſtruit: Obſecro igitur primo omniū fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus

Ideoq́ue. *1.Pet.2.* *Pſal.16.* *1.Timoth.2*

nibus hominibus,pro regibus, & qui in ſubli‑
mitate ſunt*,vt quietam & tranquillam vitam
agamus in omni pietate,& caſtitate. Hoc enim
bonum eſt & acceptum corá Saluatore noſtro
Deo,qui omnes homines vult ſaluos fieri,& ad
agnitionem veritatis venire. Ne autem aliqua
inſolentia iuniores conſurgant aduerſus maio‑
res prohibens docet: Seniorem, inquit,ne in‑
crepaueris,ſed obſecra,vt patrem:iuuenes vt fra
tres,&cæt.Et non multo poſt: Quicunque ait,
ſunt* ſub iugo ſeruitutis dominos ſuos omni
honore dignos arbitrentur, ne nomẽ Domini
& doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles
habent dominos non contemnant,quia fratres
ſunt,ſed magis ſeruiant,quia fideles ſunt & di‑
lecti,quia beneficij participes ſunt.Iuſtum ergo
apud Dominum eſt vt minores cõtemplatione
pietatis,ſuos nõ contemnant dominos, qui be
nignè cũ illis agunt,ſed multò magis debent eis
ſeruire quaſi fidelibus,qui & diligi propter il‑
lud debent ab eis, & illa vel maximè cauſa qua
benignè illis vtuntur.Hoc enim dicit,quoniam
qui beneficiorũ ſunt participes, hoc eſt,qui be‑
neficijs eos ſubleuare properát, cõtemplatione
pietatis quá exequuntur. Igitur omnes fideles,
decet dominis ſuis atq; vniuerſis poteſtatibus
Dei ordinatione ſuper ſe conſtitutis ſubditos
eſſe. Vnde prædictus Apoſtolus cum in actibus
Apoſtolorũ corá Agrippa rege,&Feſto præſide
pro ſe redderet rationẽ, verbaq; ipſius indignè
ſuſcipiens, magna voce Feſtus diceret: Inſanis
Paule? multæ te literæ ad inſaniá conuertunt,at

*ſunt conſtituti.

1.Timoth.5

*ſerui.

Ibidem. 6.

ipſe nõ illi cõtumelioſè ſed mãſuetis ſermõni-
reſpondit: Non inſanio, inquit, optime Feſte,
ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor, ſcit
enim de his Rex ad quem & cõſtanter loquor,
latere enim eum nihil horum arbitror, neque
enim in angulo quicquam horum geſtum eſt,
credis Agrippa prophetis? ſcio quod credis.
Ad hæc cum Agrippa non humiliter ſed ſuper
bè reſpondiſſet Pauli dicens: In modico ſuades
me Chriſtianum fieri. At ille incepta manſue-
tudine perſeuerãs ait: Opto apud Deum & in
modico & in magno, nõ tantum te, ſed & om
nes hos qui audiunt hodie fieri tales, qualis &
ego ſum, exceptis vinculis his. His ergo & alijs
non in paucis ſacrarum ſcripturarum locis pro-
batur quod Regiæ dignitati nõ temerè reſiſten-
dum, ſed prudenter atq; humiliter per omnia
cum ipſo agendum ſit. Vnde Eccleſiaſtes docet
Eccl.8. dicens: Non litiges cum homine potente, ne
forte incidas in manus illius. Non contendas
**conſtituat* cum viro locuplete, ne forte * cõtraſiſtat litem
tibi. Et itẽ: Nõ iudices, inquit, cõtra iudicẽ, quo
**iuſtum.* niam ſecundũ quod * dignum eſt iudicat. Et
Eccl.7. iterum: Non te iuſtifices ante Deum, quoniam
agnitor cordis ipſe eſt, & penes Regem noli vi-
deri ſapiens. Noli quærere fieri iudex, niſi vi-
deas irrumpere iniquitatem, ne fortè extime-
ſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in
agilitate tua. Multæ ſunt ergo in diuinis libris
huiuſcemodi ſententiæ, quę docẽt ſubiectos do
minorum reuerentiam in omnibus habere, quę
quidem copioſè colligi poſſent, ſi tempus per-
mitte-

mitteret, ſed quia omni fideli ſufficit ad ſalutem apoſtolica & prophetica doctrina, nec non Euangelica authoritas maieſtate ſua cũcta tranſcendens, omnibus religioſis & Deum timentibus atq; diligentibus ſatis facit. Sufficiant hęc pauca collecta de pluribus. Et cum lector ſtudioſus hæc teſtimonia quæ poſita ſunt vera eſſe probauerit, ſciat nihil in teſtamento diuino his ſententijs refragari, ſed concorditer cum illis in omnibus veritatem adſtruere. Vos ergo amantiſsime domine bonum quod cepiſtis vſq; in finem perſequi ſtudeatis, & miſericordiam quam cœleſtis iuriſperitus docuit dicens: *Luc.6.*
Eſtote miſericordes * quia & pater veſter cœleſtis eſt miſericors. E item: Euntes diſcite quid ſit miſericordiam volo, & non ſacrificium. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam coſequentur. Hanc vos ſemper in corde tenete, hanc ſedulo in opere exercete, hanc ſemper in iudicio exaltate, quia ſcriptum eſt: Iudicium ei ſine miſericordia, qui non facit miſericordiam. In multis enim offendimus omnes, & quia non ſani opus habent medico, ſed malè habentes. Veſtra pietas omnibus ſuccurrat, omnibus ſalutem pariat, ne quis puſillanimitate deficiat. Item: Ne quis triſtitia frangatur, ne quis deſperatione pereat, ſed magis gratiam veſtram inueniens, ſalutem integram omnis ſaucius omniſq; contritus percipiat, ſicut multiplici conſolatione populum veſtrum releuando atq; ſanando illius vos diſcipulum, & membrum veraciter eſſe probabitis, de quo angelus in Euãgelio teſtatus

** ſicut & Matth.9. Matth.5. Iacob.2. Mar.2. Luc.5.*

Mich.1. teſtatus eſt dicens: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

Hæc quoq; ſacratiſsime Imperator pauca teſtimonia de ſacra ſcriptura, ideo ad ſanctiſsimam honorificentiam veſtram commendandam in hoc opere propoſuimus, quia plura iam in alio libello de eadem re excerpta vobis tranſmiſimus. Ea verò quæ ſequuntur ad Eccleſiaſticam ſcilicet vtilitatem pertinentia, ſimiliter de eiſdem diuinæ authoritatis libris aſſumendo, non noſtris commentis, ſed ſinceritate ipſius ſcripturæ innitentes, quadraginta capitulis ſubternexuimus.

ORDO CAPITVM
LIBRI SECVNDI.

i. *De timore Dei.*
ij. *De fide.*
iij. *De ſpe.*
iiij. *De charitate.*
v. *De dilectione Dei & proximi.*
vj. *De compaſſione fraterna.*
vij. *De paſtoribus & rectoribus.*
viij. *De ſubditis.*
ix. *De cuſtodia diſciplinæ.*
x. *De obſeruantia iuſtitiæ & veritatis.*
xj. *De humilitate & ſimplicitate.*
xij. *De mendacio, & maleloquio.*
xiij. *De vitijs cauendis.*
xiiij. *De gula.*
xv. *De fornicatione.*
xvj. *De ſuperbia & iracundia.*
xvij. *De inuidia & odio.*
xviij. *De cupiditate & auaritia.*
xix. *De fraude & dolo.*
xx. *De virtutibus appetendis.*
xxj. *De meditatione diuinæ legis.*
xxij. *De continentia.*
xxiij. *De miſericordia.*
xxiiij. *De patientia & conſtantia.*

xxv. *De pœnitentia agenda.*
xxvj. *De Eleemoſyna danda.*
xxvij. *De decimis reddendis.*
xxviij *De indulgentia peccatorum.*
xxix. *De diuitibus.*
xxx. *De plebe generaliter.*
xxxj. *De dominis.*
xxxij. *De pauperibus ſiue ſeruis.*
xxxiij. *De æquitate iudicij.*
xxxiiij. *De voto quod domino promittitur.*
xxxv. *De virginitate, & caſtitate ſeruanda.*
xxxvj. *De Clericis.*
xxxvij. *De Monachis.*
xxxviij. *De relinquentibus ſeculum.*
xxxix. *De ſanctimonialibus fœminis.*
xl. *Communis exhortatio omnibus, qui in religione chriſtiana conſiſtunt.*

DE TIMORE DEI.

SCriptum eſt in Deuteronomio: Audi Iſ- I
rael quid Dominus Deus tuus petit à te,
niſi vt timeas Deum Dominum tuum, &
ambules in vijs eius, & diliges eum, & ſeruies
Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota
anima tua, cuſtodiesque mandata Domini, &
Ceremonias eius, vt bene ſit tibi. En Dñi Dei *Deut.4. 6.*
tui lumen eſt, & cœlum cœli terra & omnia *& 10.*
quę in ea ſunt. Non ibitis poſt Deos alienos cũ *Deut.6.*
ctarum gentiũ, quæ in circuitu veſtro ſunt, quo-
niam Deus æmulator Dominus Deus tuus in
medio tui, ne quando iraſcatur furor Domini
Dei tui cõtra te, & auferet te de ſuperficie terræ.
Eſaias autem ait: Dominum exercituum ipſum *Eſa.8.*
ſanctificate, ipſe pauor veſter, ipſe terror veſter,
& erit vobis in ſanctificationem. Nam & Hie-
remias ait: Iuxta vias gentium nolite diſcere, & *Hiere.10.*
à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes:
quia leges populorum vanæ ſunt. Nolite ergo
timere ea quæ nec malè poſſunt facere, nec be-
ne. Nõ eſt ſimilis tui Domine, magnus es tu, & *Ibidem.*
magnũ nomẽ tuũ in fortitudine, quis enim nõ
timebit te ô Rex gentium? tuum eſt enim de-
cus inter cunctos ſapientes gentium, & in vni- *Prou.16*
uerſis regnis eorum, nõ eſt ſimilis tui. Hinc per
Salomonem dicitur: Time Dominum, & rece- *Prou.10*
de à malo. Timor Domini apponet dies, & an-
ni impiorum breuiabuntur. Timor Domini *Prou.14.*
fons vitę, vt declinet à ruina mortis. Timor Do
mini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gau- *Eccl.1.*
dium

Ibidem. dium in longitudine dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. In Pſalmis quoque ſcriptum eſt: Timete Dominũ omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eũ. Beati omnes qui timent Dominum. Initium ſapientiæ timor Domini. Benedixit omnes timentes ſe Dominus puſillos cum maioribus. Ipſa quoq; veritas diſcipulis dixit in Euangelio: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius eũ timete, qui poteſt animã & corpus mittere in gehennam. Et Maria in Cantico quod cecinit: Miſericordia, inquit, eius à progenie in progenies timentibus eum. Hinc Paulus ait: Cum timore, & tremore veſtrã ſalutem operamini. Petrus quoque taliter ait: In timore incolatus veſtri tempore conuerſamini, Dominum timete, Regem honorificate.

Eccl.2. Pſal.33. Pſal.127. Pſal.131. Matth.10. Luc.1. 1.Pet.1. 1.Pet.2.

DE FIDE.

II. IN lege Domini dicit: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt. In Eſaia quoque ſcriptum eſt: Dominus exercituum Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubin, tu es Deus omnium regnorum terræ, tu feciſti cœlum & terram. Et in eodem propheta Dominus ipſe dicit: Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. Ego ſum Dñs, & non eſt abſque me ſaluator. Ego primus & nouiſsimus, abſq; me nõ eſt Deus. Quis ſimilis mei? Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſsima eorum non proderunt eis. Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens

Deut.6. Eſa.43. Eſaie.44. Ibid.

extendens cœlos, ſolus ſtabiliens terram, & nullus mecum. Qui incredulus eſt infideliter agit, qui crediderit non feſtinet. Hinc Hieremias ait: Hæc dicit Dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Abacuc quoq; propheta dicit: Ecce qui incredulus eſt nõ erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus aũt in fide ſua viuet. In pſalmis verò dicit Dauid: Credidi propter quod locutus ſum: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Expecta Dominum, viriliter age, & conuertetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Cum exarſerit in breui ira eius, beati qui confidunt in eum. Dominus dicit in Euangelio: Dum lucẽ habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Credite in Dominum, & in me credite, qui credit in me opera quę ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit credit in me, non morietur in æternum. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Amen quippe dico vobis: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis, habete fidem Dei

Eſa.51. Hiere.17. Abac.2. Pſal.115. Pſal.26. Pſal.2. Ioan.12. Ioan.14. Ioan.11. Marc.8. Luca.12. Matth.17. Luc.17. Marc.11. Mar.9.

Mar. vlt. omnia poſsibilia ſunt credenti. Qui crediderit, &baptiſatus fuerit ſaluus erit. Qui vero nõ crediderit, condemnabitur. Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius, qui credit in fi-
Ioan.3. lium, habet vitam æternam, qui autem incre-
Ioan.5. dulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Qui verbum meum audit & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſiet
Rom.4. de morte ad vitam. Paulus quoque dicit: Credenti aũt in eũ qui iuſtificat impium, reputatur fides ad iuſtitiam, ſecundum propoſitum
Rom.5. gratiæ Dei. Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus ad Dominum per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur, in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.
Rom.10. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autẽ con
Ibidem. feſsio fit ad ſalutem. Omnis enim quicunq; in
Hebr.11. uocauerit nomen Domini ſaluus erit. Nã fides eſt ſperandarũ ſubſtãtia rerum, argumentũ non apparentium. In hac teſtimoniũ conſecuti ſunt
Ibidem. ſenes. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo, credere autem oportet accedentem ad Dominũ. Iacobus autẽ Apoſtolus ait: Quid proderit fratres mei, ſi fidẽ quis dicat ſe habere, opera autẽ
non

non habeat. Nunquid poterit fides ſaluare eũ? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt, ita & *Iaco.2.* fides ſine operibus mortua eſt. Nã Petrus Apoſtolus dicit: Credentes aũt exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes fidẽ fidei veſtræ, ſalutẽ animarũ veſtrarũ. Ioannes verò Apo- *1.Pet.1* ſtolus dicit: Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundũ. Et hæc eſt victoria quæ vincit mũdũ, fides noſtra: quis eſt qui vincit mundũ, niſi *1.Ioan.5* qui credit quoniã Ieſus eſt filius Dei. Qui credit in filiũ Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Quiſquis confeſſus fuerit quoniã Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.

DE SPE.

III.

Dominus per prophetã Eſaiã ita loquitur, di- *Eſa.26.* cens: Sperate in Dño in ſeculis æternis in Dño Deo forti in perpetuũ. Subuertet grando ſpẽ mendacij, ſi verè reuertimini & quieſcatis, ſalui eritis, & in ſilentio, & in ſpe erit fortitudo veſtra. Deficient pueri & laborabũt, & iuuenes *Eſa.30.* in infirmitate cadent. Qui autẽ ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut Aquilæ currentes, & non laborabunt, ambulabũt, & non deficient. Qui aũt fiduciam habent mei dicit Dominus, hæreditabunt ter- *Eſa.57.* rã, & poſsidebunt montem ſanctum meũ. Beati omnes qui expectant Dominũ. Per Hieremiã *Eſa.30.* quoque ita dicit: Bonus eſt Dominus ſperan- *Thren.3.* tibus in eum, animæ quærenti illũ. Iohel quoq; dicit: Dominus ſpes populi ſui, & fortitudo *Ioel.3.* filiorum Iſraël. Dauid verò dicit in Pſalmis:

Pſal.61. Deus auxilij mei, ſpes mea in Deo eſt: ſacrifica-
Pſal.4. te ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.
Pſal.117. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare
in principibus. Sperate in eum omnes conuen
Pſalm.61. tus plebis, effundite coram illo corda veſtra,
Pſalm.54. quia Deus adiutor noſter eſt. Iacta in Domi-
Sapien.2. num cogitatum tuum, & ipſe te enutriet. Sa-
pientia quoque dicit: Qui timetis Dominum
credite illi, & non euacuabitur merces veſtra.
Qui timetis Dominum, ſperate in illum, & in
oblectatione veniet vobis miſericordia. Domi-
nus verò dicit in Euangelio: In mundo preſſu-
Ioan.15. ram habebitis, ſed confidite, ego vici mundũ.
Fortior eſt qui in vobis eſt, quàm qui in mun-
do eſt. Paulus quoq; Apoſtolus dicit: Spe enim
Rom.8. ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non
eſt ſpes, nam quod videt quis: quid ſperat? Si
autem quod non videmus, ſperamus: per pa-
tientiam expectamus. Iohannes autem Apo-
ſtolus dicit: Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, &
1.Ioan.8 nondum aparuit quid erimus, quoniam vide-
Ibidem.3. bimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet ſpem
hanc, ſanctificat ſe ſicut ille ſanctus eſt. Et nunc
1.Ioan.2 filioli manete in eo, vt cum aparuerit habea-
mus fiduciam, & non confundamur ab eo in
aduentu eius.

DE CHARITATE.

IIII. Deut.5. 10.11. LOquitur Dominus per Moyſen dicens:
Audi Iſrahel, Dominus Deus tuus, Domi
nus vnus eſt: Diliges Dominum Deum tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex

tota fortitudine tua, Dominũ Deum timebis, & ipſi ſeruies. Ama itaq; Dominũ Deũ tuum, obſerua præcepta eius, & ceremonias, iudicia atque mandata omni tempore. Hinc Pſalmiſta dicit: Dilexi, quoniam exaudiuit Dominus vocem orationis meæ. Iuſtitia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Vnde & Sapientia dicit: Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Væ duplici corde, & labijs ſceleratis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Domino, ideo nõ proteguntur ab eo. Qui timent Dominum nõ erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum conſeruabunt viam illius. Qui timent Dominum inquirent quæ beneplacita ſunt illi, & qui diligunt Deũ, replebuntur lege ipſius. Saluator dicit in Euangelio: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Pacem meam relinquo vobis, pacem meã do vobis, ſi manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate. Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Hinc doctor

Pſal.114. *Ibid.18.* *Eccl.2.* *Matth.5.* *Ioan.14.* *Ibid.15.* *Ibid.14.*

Rom.8. gentiũ ait: Scimus autem quoniã diligentibus Dominum, omnia cooperantur in bonum his qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt ſancti, certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vita, neque angeli, neq; principatus, neq; inſtãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. *1.Cor.13* Si linguis hominũ loquar & Angelorũ, & ſi habuero prophetiã & nouerim myſteria omnia, & omnẽ ſciẽtiã, & ſi habuero omnẽ fidẽ, ita vt montes transferã, & ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, nõ agit perperã, non inflatur, non eſt ambitioſa, nõ quærit quæ ſua ſunt, nõ irritatur, nõ cogitat malũ, non gaudet ſuper iniquitate, cõgaudet aũt veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, charitas nunquã excidit. Nunc aũt manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horum eſt charitas. *Ibidem.16* Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia veſtra in charitate fiant. *Hebr.13* Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc placuerunt quidam angelis hoſpitio receptis. *1.Ioan.4.* Ioannes Apoſtolus dicit: Deus eſt charitas, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcet Dominum. Qui non diligit, non nouit Dominum, quoniam Deus charitas eſt. *Ibid.2.* Qui autem ſeruat verbum

bum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt:
qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille
ambulauit, & ipſe ambulare. Qui dicit ſe noſſe
eũ,& mandata eius non cuſtodit, mendax eſt,
& in eo veritas non eſt.

DE DILECTIONE DEI ET PROXIMI.

IN pſalmis quoq; propheta ad Dominũ dicit: V.
Diligam te Dñe virtus mea, Dominus firma *Pſal.17.138*
mentum meum,& refugium meum. Mihi au-
tẽ nimis honorificati ſunt amici tui Deus. Pro- *Ibid.121*
pter fratres meos & proximos meos loquebar
pacem de te,cũ his qui oderunt pacem,eram pa *Ibid.119*
cificus. Sapientia quoque admonet,dicens: Cõ *Sap.6*
cupiſcite ergo ſermones meos, & diligite illos,
& habebitis diſciplinã. Clara eſt & quæ nun-
quam marceſcit ſapientia, & facilè videtur ab
his qui diligunt eam, & inuenietur ab his qui
quærunt illam. Cura eſt ergo diſciplinæ dile-
ctio,& dilectio cuſtoditio legum illius eſt. Cu-
ſtoditio autem legũ cõſummatio incorruptio-
nis. Incorruptio aũt facit eſſe proximũ Deo. Cõ
cupiſcentia itaq; ſapiẽtię deducet ad regnũ per-
petuũ. Corripe amicum, ne fortè non intellexe
rit perperam, & dicat, non feci: aut ſi fecerit, ne *Eccl.19.*
iterum addat facere. Corripe amicum, ſæpe
enim fit commiſsio, & non omni verbo cre-
das. Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex ani-
mo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lin-
gua ſua. corripe proximum antequã commine-
ris,& da locum timori altiſsimi. Fidem poſsi-

Ibid.22. ſide cum proximo in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane fidelis, vt in hæreditate cohæres ſis. Dominus in Euãgelio Legis doctori tẽtanti, reſpondẽs ait: Diliges Dominum Deum tuũ *Matth.22.* ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in to*Mar.12.*ta mente tua, hoc eſt, maximum & primum *Luc.10.* mandatum: ſecundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis *Ioan.13.* inuicem. *Ibid.15.* Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. *Ibid.16.* Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis. *Ibid.15.* Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. *Matth.5* Diligite inimicos veſtros, be*Luc.6.*nefacite his qui oderunt vos. Et orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt. Paulus quoque dicit: *Rom.13.* Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, *Exod.20.* non furaberis, non falſum teſtimonium dices, *Deut.5.* non concupiſces, *Luc.19.* & ſi quod eſt aliud mandatum in hoc verbo *Matth.22.* inſtauratur: Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Ioannes apoſtolus dicit: Si quis di-

xerit

xerit quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. *1.Ioan.6. Eph.5.*

DE COMPASSIONE FRATERNA. VI.

IVbet Dominus in Leuitico, ita dicens: Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vſuram ab eo, nec amplius quam dediſti. Time Dominum Deum tuum, vt viuere poſsit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugũ ſuperabundantiam nõ exiges. Ego Dominus Deus veſter. *Leuit.25.* In pſalmis quoque Dauid dicit: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis, *Pſal.7.* ſi non humiliter ſentiebam ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam, ita retribues in animam meam. *Ibid.130* Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. *Ibidem.132* Salomon quoque dicit: Qui dat pauperi non indigebit, qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam. *Prou.28.* Item Sapientia dicit: Cor inopis ne affli xeris, & non protrahas datum anguſtianti. *Eccleſ.4.* Rogationẽ contribulati ne abijcias, & nõ auertas faciẽ tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos, & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. Cõgregationi pauperũ affabilẽ

facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum. Declina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde pacificè in manſuetudine. Libera eum
Ibidem.3. qui iniuriam patitur de manu ſuperbi, & in tempore caſus tui inuenies firmamētum. Non
Ibid.7 irrideas hominem in amaritudine animæ, eſt enim qui humiliat & exaltat circumſpector Deus. Dominus in Euangelio dicit: Omnia
Matth.7 ergo quæcunq; multis vt faciant vobis homines, & vos facietis. Hæc eſt enim Lex & prophetæ. Non omnis qui dicit mihi Domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Paulus quoq; Apoſtolus
Rom.14 dicit: Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationibus cogitationũ. Is qui manducat non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Tu autem quid iudicas frarem tuum non manducando? Aut tu quare ſpernis fratrem tuum in manducando? Omnes ſtabimus ante tribunal Dei, itaq; vnuſquiſq; veſtrum rationem pro ſe reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Debemus nos
Ibid.15. imbecillitates infirmorum ſuſtinere & non nobis placere. Vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem. Factus
1.Cor.9 ſum infirmis, infirmus vt infirmos lucri facerē. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerē ſaluos. Omnia autē facio propter Euangelium,
vt

vt particeps eius efficiar. Fratres etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, cōſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Petrus vero Apſtolus dicit: In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, humiles. Non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed ecōtrario benedicētes, quia in hoc vocati eſtis vt benedictionem hæreditatis poſsideatis. *Gal.6* *1.Pet.3.*

DE PASTORIBVS, ET RECTORIBVS ECCLESIARVM.

VII.

Scriptum eſt in lege Domino iubēte per Moyſem, ita dicens: Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis quas Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus vt iudicent populum, nec in alteram partem declinent. Nō accipias perſonam, nec munera, quia munera excœcāt oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Iuſtè quod iuſtum eſt perſequeris. In ore duorū vel trium teſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno contra ſe dicente teſtimonium. Per Eſaiam quoque Dominus increpat malos rectores ita dicens: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij iuſticia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua. Principes tui infideles erunt ſocij furum, omnes diligunt *Deut.16* *Ibid.17.* *Matth.18.* *2.Cor.13* *Ihre.1*

munera

munera ſequũtur retributiones, pupillam non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos, propter hoc ait Dominus, exercituum fortis Iſrael: Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et item: Domi-
Ibidem.3. nus, inquit, ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius. Vos enim depaſti eſtis vineam rapina pauperis in domo veſtra.
Ibid.56. Speculatores populi mei cœci omnes, neſcierunt vniuerſi canes muti non valentes latrare videntes vana dormientes & amantes ſomnia & canes impudentiſsimi neſcierũt ſaturitatem. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinauerunt vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſommo vſq; ad nouiſsimum. Venite ſumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie ſic & cras, & multo amplius. Vos autem ſacerdotes Domini vo-
Ibid.61. cabimini miniſtri Dei noſtri qui reminiſcimini
Ibid.62. Domini, ne taceatis & detis ſilentium ei. Au-
Ibid.66. dite verbum Domini, qui tremetis ad verbum eius. Hæc dicit Dominus: Clama ne ceſſes qua
Ibid.58. ſi tuba exalta vocem tuã, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Per Hieremiam quoq; Dominus dicit:
Ier.2. Sacerdotes non dixerunt vbi eſt Dominus, & tenentes legem neſcierunt me, prophetæ pro-
Ibidem.5. phetauerunt mendaciũ, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis, & populus meus dilexit talia, à minori quippe vſq; ad maiorem omnes
Ibid.6. auaritiæ ſtudent, & à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem

tionem

tionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax, pax & non erat pax, confuſi ſunt quia abominationem fecerunt, quin potius confuſione non ſunt cõfuſi, & erubeſcere neſcierunt. Quamobrẽ cadẽt inter ruẽtes in tẽpore viſitationis ſuæ coruent, dicit Dominus. Mich. vero dicit: Principes veſtri in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, Et prophetæ in pecunia diuinabãt, & ſuper Dominũ requieſcebant dicẽtes: Nũquid nõ Dñs in medio noſtrũ nõ veniẽt ſup nos mala. Propter hoc cauſa veſtri Syõ quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ quaſi aceruus lapidũ erit, & mõs templi in excelſa ſyluarum. In pſalmis quoq; ſcriptum eſt: Elegit Dominus Dauid ſeruum, & ſuſtulit eum de gregibus ouiũ paſcere Iacob populum ſuum, & pauit eos ſine malicia cordis ſui & in ſenſu manuum ſuarum deduxit eos. Salomon quoq; dicit: Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum abominabilis eſt vterq; apud Dominum. Qui reddet mala pro bonis non recedet malum de domo eius. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Accipere perſonam non eſt bonum vt declinet à veritate iudicium. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habebit impios. In ſapientiæ libro ſcriptum eſt: Diligite iuſticiam qui iudicatis terram. ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Domino, quoniam in maleuolam animã non intrabit ſapientia, nec inhabitabit in corpore

Mich.3. *Pſal.77.* *Prouer.17.* *Ibidem.18.* *Ibidem.29* *Sapien.1.*

Ibid.6. ſubdito peccatis. Si ergo delectamini ſedibus & ſtẽmatibus Reges populi, diligite ſapientiã, vt in perpetuũ regnetis. Multitudo aũt ſapiẽtium ſanitas eſt orbis terrarũ, & Rex ſapiens ſtabilimentũ eſt populi. Item Sapientia dicit: Rectorẽ
Eccle.32 te poſuerũt, noli extolli, ſed eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curã illorũ habe & ſic conſidera & omni cura tua explicita recũbe, vt læteris propter illos, & ornamentũ gratiæ accipies coronã, loquere maiori natu ſic enim decet te. Vbi enim auditus nõ eſt non effundas ſermonẽ, & importune noli extolli in ſapientia tua. Cũ cõſilio oĩa facies, ſine conſilio aũt nihil, & poſt factũ non pœnitebis. Dñs dicit in Euangelio: Sic
Matth.20
Mar.10. ſatis quia principes gentiũ dominãtur eorũ, &
Luc.22. qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Nõ ita erit inter vos, ſed quicũq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus eſt enim magi
Matth.23 ſter veſter, omnes enĩ vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt, nec vocemini magiſtri quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Pau
1.Tim.2 lus quoque apoſtol⁹ dicit: Obſecro, igitur, primo omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & trãquillam vitã agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonũ eſt & acceptũ ſaluatori noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis ve-

tis venire. Nam corporalis exercitatio ad modi *Ibid.4.*
cum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt,
promiſsionem habens vitæ quæ nũc eſt, & futu
ræ. Teſtificor corã Deo & Chriſto Ieſu, & ele- *Ibidem.* 5
ctis angelis, vt cuſtodias hęc ſine pręiudicio, ni-
hil faciens, in aliam partẽ declinando. Quorun
dam hominũ peccata manifeſta ſunt præceden
tia ad iudicium, quoſdam autem & ſequuntur,
ſimiliter & facta bona manifeſta ſunt, & quæ ali
ter ſe habẽt abſcõdi nõ poſſunt. Qui bene præ-
ſunt presbyteri duplici honore digni habeãtur
maximè qui laborant in verbo & doctrina. Cu *Tit* 3
rẽt bonis operibus præeſſe qui credũt Deo, hæc
ſunt bona & vtilia hominibus. Iacobus vero *Iaco.3*
Apoſtolus dicit: Nolite plures eſſe magiſtri fra-
tres mei, ſcientes quoniam maius iudiciũ ſumi
tis. In multis enim offendimus omnes, ſi quis
in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.

DE SVBDITIS. VIII.

Scriptum eſt in Deuteronomio, Dño dicente
per legiſlatorem: Si genuerit homo filiũ con *Deut.21.*
tumacẽ & proteruũ qui nõ audierit patris, aut
matris imperiũ, & coërcitus obedire cõtemp ſe-
rit apprehẽdent eũ, & adducẽt ad ſeniores ciui-
tatis illius, & ad portã iudicij, dicentq; ad eos.
Fili⁹ noſter iſte ꝓteruus & cõtumax eſt, monita
noſtra audire cõtẽnit, cõmeſſationibus vacat &
luxurię, atq; cõuicijs, lapidibus eũ obruat popu
lus ciuitatis, & morietur, & auferatis malũ de
medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiẽs pertime
ſcat. Per Hieremiã quoq; Dominus dicit: Qua- *Iere.8.*
re ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem
auerſione

auerſione contentioſam, apprehēderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur. Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicens: Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus in impetu vadens in prælium. Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum. Turtur & Hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. Populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Oſeas quoq; dicit: Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ. Non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſciētia Dei in terra. Maledictū & mendaciū, homicidiū & furtum, & adulteriū inundauerunt, & ſanguis ſanguinē tetigit. Populus enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti, & corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam, conticuit populus meus, eo quod non habuit ſcientiam, quia cum ſcientiam repuliſti, repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi, & oblitus es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum.

Oſe.4.

Pſal.118 Dauid quoq; in pſalmis dicit: Vide humilitatem meā, & eripe me quia legem tuā non ſum

Ibid.114: oblitus. Cuſtodiens paruulos Dñs humiliatus

Eccleſ.4 ſum, & liberauit me. Sapientia quoq; dicit: Fili cōſerua tempus, & deuita à malo, pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt enim cōfuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam. Nō contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mēdacio ineru

ditioni

ditione tua confundere. Non confundaris con fiteri peccata tua, & ne ſubijcias te homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciem potentis. Ne coneris contra ictũ fluuij. In iuſticia agonizare pro anima tua vſq; ad mortem, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Adoleſcens *Ibid.32.* loquere in tua cauſa vix, ſi bis interrogatus fueris, habeat caput tuũ reſponſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacẽs ſimul & quærens, Dominus dicit in Euangelio: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Do- *Matth.10.* *Luc.6* minum ſuũ: ſufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magi- *Ioan.13.* ſter eius, & ſeruus ſicut Dominus eius. Paulus quoq; apoſtolus dicit, Filij obedite parentibus *Eph.6.* veſtris in Domino, hoc enim iuſtũ eſt, & bene placitum Deo. Serui obedite Dominis carnali *Coloſ.3.* *Ibidem.* bus cum timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate ſeruientes ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes quoniam quodcunq; fecerit bonũ hoc recipiet à Domino ſiue ſeruus ſiue liber. Petrus verò Apoſtolus dicit: Subiecti igitur eſtote om *1.Pet.2.* ni humanæ creaturæ propter Dominum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam ab eo miſsis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes maliciæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate, frater

nitatem diligite, Dominum timete, Regem honorificate.

IX. DE CVSTODIA DISCIPLINAE.

Leuit.19. In lege Dominus Per Moyſen dixit: Sancti eſtote quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Vnuſquiſq; enim matrem & patrem ſuum timeat. Sabbata mea cuſtodte. Cuſtodi
Deut.4. igitur temetipſum, & animam tuā ſollicitè, nec obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excedant de corde tuo cūctis diebus vitæ tuæ, docebis ea filios ac nepotes tuos. Dauid
Pſal.2. quoq; ait: Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam ne quādo iraſcatur Dominus, & pereatis de via
Tob.4. iuſta. Tobias enim dicit: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habe Dominum. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa habebimus bona, ſi timuerimus Dominum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus benè. Caue ne aliquando peccato cōſentias, &
Prou.1. prętermittas præcepta Dei noſtri. Salomon quoq; ait: Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Habe fiduci-
Ibidem.3. am in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus vijs tuis cogita
Ibidem.8 illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Timor Domini odit malum, & arrogātiam, & ſuperbiam,
Ibid.16. & viam prauam, & os bilingue deteſtatur. Hominis eſt præparare animam, & gubernare lin-
Ibid.19. guam. Erudi filium tuum, ne deſperes, noli ſubtrahęre

ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſe- *Ibid.23.*
ris eum virga, non morietur. Tu virga percutis
eum, & animam eius de inferno liberabis. Melior
eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus.
Meliora ſunt vulnera diligentis, quã fraudulenta *Ibid.27*
odiẽtis oſcula. Virga & correptio tribuit
ſapiẽtiã, puer autẽ qui dimittitur volũtati ſuę *Ibid.29*
cõfundit matrẽ ſuã. Sapientia quoq; dicit: Amico *Eccl.19.*
aut inimico noli enarrare ſenſum tuũ, & ſi eſt
tibi delictum, noli denudare, audiet enim te &
cuſtodiet & quaſi defendens peccatũ odiet te,
& ſic adhærebit tibi ſemp. In Euangelio Dñs *Luc.11.*
ait: Beati qui audiũt verbum Dei, & cuſtodiũt
illud. Sint lũbi ueſtri præcincti, & lucernæ ar- *Ibid.12*
dentes. Et vos ſimiles hominibus expectãtibus
Dominũ ſuum, quando reuertatur à nuptijs, vt
cum venerit & pulſauerit, cõfeſtim aperiant ei.
Beati ſerui illi, quos cũ venerit Dominus, inuenerit
vigilantes. Paulus quoq; dicit: Nemo vos
ſeducat, ſi quis inter vos videtur ſapiens eſſe in *1. Cor.3.*
hoc ſeculo, ſtultus fiat vt ſit ſapiens, ſapientia *Ibid.4.*
enim huius mũdi, ſtultitia eſt apud Deum. Itaq;
nemo glorietur in omnibus, quid autem habes
quod nõ accepiſti? ſi autem accepiſti, quid
gloriaris quaſi non acceperis? Qui autem gloriatur,
in Domino glorietur, non enim eſt in ſermone
verbum Dei, ſed in veritate.

DE OBSERVATIONE IVSTITIAE ET VERITATIS. X.

IN Leuitico Dominus ad Iſraël locutus eſt per *Leuit.19.*
Moyſen, ita dicens: Non maledices ſurdo,
nec coram cæco ponas offendiculum, ſed time-

bis Dominum Deum tuum. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui, & ne oderis fratrē tuū in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum, non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū. Diliges amicum tuum ſicut teipſum. Hinc per Eſaiam pro-

Eſa.26. phetam ſcriptum eſt: Iuſtitiam diſcent habita-

Pſal.118. tores orbis. Hinc pſalmiſta ait: Iuſtus es Dn̄e, & rectum iudiciū tuū, mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis. Tobias autē

Tob.4 dicit: Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij apud te omnino non maneat. Qđ ab alio odis fieri tibi, vide ne alteri tu aliquando facias. Da-

Pſal.36. uid verò ait: Cuſtodi veritatem, & vide ęquitatem, quoniā ſunt reliquiæ homini pacifico. Iuſti verò hæreditate poſsidebunt terram, & inhabitabunt in ſeculū ſeculi ſuper eam. Sapientia

Eccl.3. quoq; dicit: Qui honorat patrem, iocundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur, & qui honorat patrem, vita viuet lōgiori. Qui timet Dominū, honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet eis. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in cōtumelia patris tui, nō eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & ne cōtriſtes eum in vita illius, & ſi defecerit ſenſus, veniam da: & ne ſpernas eum in tua virtute. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Dn̄s dicit in Euangelio:

Matth.5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam

Marc.4. ipſi ſaturabuntur, nō enim eſt occultum quod

non

non manifeſtetur,nec abſconditum,quod non cognoſcetur, & in palam veniat. Videte ergo quomodo audiatis,qui enim habet,dabitur illi,& quicunq; non habet, etiam quod putat ſe habere,auferetur ab illo. Ego ſum via,veritas, & vita. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Paulus quoque apoſtolus dicit: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate,aut quæ ſocietas luci ad tenebras, quæ autem cõuentio Chriſti ad Belial,aut quæ pars fideli cũ infideli, quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei viui,ſicut dicit Dominus,quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos,& ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorũ,& ſeparamini dicit Dñs omnipotens. Has igitur habentes promiſsiones chariſsimi,mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus,perficientes ſanctificationẽ in timore Dei.

Ioan.14. *Ibid.18.* *2.Cor.6* *Deut.26* *Esa.52.* *Iere.31.*

DE HVMILITATE, ET SIMPLICITATE. XI.

PEr Hieremiam Dominus dixit: Nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua,& nõ glorietur fortis in fortitudine ſua,& nõ glorietur diues in diuitijs ſuis,ſed in hoc glorietur qui gloriatur: ſcire & noſſe me,quia ego ſum Dñs,qui facio miſericordiã,& iuſtitiam,& iudicium in terra. Hęc enim placent mihi,ait Dñs. In pſalmis propheta ad Dominũ ait: Vide humilitatem meam, & laborem meum,& dimitte omnia peccata mea.

Hiere.9 *Pſalm.24*

Pſal.25. In innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino
Pſalm.24. ſperans nō infirmabor. Innocentes & recti ad-
Pſal.118. hæſerūt mihi. Humiliatus ſum vſq; quaq; Do-
**alias viuifica.* mine, *iuſtifica me ſecūdum verbum tuum. In
Iob quoq; ita ſcriptum eſt: Deus non proijciet
Iob.8. ſimplicem, nec porriget manum malignis. Qui
Iob.22. enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui in-
clinauerit oculos ſuos ipſe ſaluabitur. Saluabi-
tur innocens, ſaluabitur in mūditia manuū ſua-
Iob.25. rum. Nunquid iuſtificari poteſt homo cōpara-
tus Deo? Aut apparere mundus natus de muli-
ere? Ecce etiam luna non ſplendet, & ſtellæ non
ſunt mundæ in cōſpectu eius, quantò magis ho
mo putredo & filius hominis vermes. Hinc
Pſal.118. Pſalmiſta dicit: Bonum mihi quod humiliaſti
me, vt diſcerem iuſtificationes tuas. Manſueti
Pſal.36. autem poſsidebūnt terram, & delectabuntur in
multitudine pacis. Salomon quoq; ait: Vbi fu-
Proue.11 erit ſuperbia ibi erit & contumelia. Vbi autem
humilitas ibi eſt & ſapientia. Simplicitas iuſto-
rum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum
Ibid. vaſtabit illos. Iuſtitia ſimplicis diriget viā eius.
Prou.10 Fortitudo ſimplicis via Dñi, & pauor his qui
Locus eſt ex 19. Eccl. operātur malū. Sapientia quoq; dicit: Eſt qui
nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt
dolo. Et eſt iuſtus qui ſe nimiū ſubmittit à mul
» ta humilitate. Et eſt iuſtus qui inclinat faciem,
» & fingit ſe nō videre quod ignoratū eſt, & ſi ab
» imbecillitate viriū vetetur peccare, ſi inuenerit tē
» pus malefaciēdi, malefaciet. Ex viſu cognoſcitur
» vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.
» Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus
homi-

hominis enunciant de illo. Dñs dicit in Euãgelio: Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Beati mites quoniã ipſi poſsidebũt terrã, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Tollite iugũ meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Qui ergo humiliat ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorũ. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Sinite paruulos ad me venire. Paulus Apoſtolus dicit: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipſos defendentes, chariſsimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam & ego retribuam dicit Dñs. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim facieus carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo, ſed vice in bono malũ. Volo vos ſapiẽtes eſſe in bono, ſimplices in malo.

Matth.5 *Ibidem.* *Matt.11* *Ibidem.* *Matth.18* *Luc.14.& 18.* *Matth.19* *Mar.10* *Rom.12*

DE MENDACIO, ET MALILOQVIO. XII.

In Leuitico Dominus per Moyſen loquitur dicens: Ego Dñs Deus veſter, non facietis furtum, non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſq; proximũ ſuum, nõ periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui, non eris *Leui.19*

Ibidem. criminator,& ſuſurro in populis. Per Eſaiam quoq; ita Dominus dicit: Væ qui dicitis malũ

Eſa.5. bonum,& bonum malum, ponentes tenebras lucem,&lucem tenebras,ponentes amarum in

Eſa.59. dulce,& dulce in amarum. Labia veſtra locuta ſunt mendaciũ,& lingua veſtra iniquitatem fa

Pſal.38 tur. Hinc pſalmiſta ait: Dixi cuſtodiã vias meas,

Pſalm.100 vt nõ delinquã in lingua. Detrahentem aduerſus proximum ſuum occultè, hunc perſeque-

Ibidem. bar. Qui loquitur iniqua, nõ direxit in conſpectu oculorum meorum. Salomon quoque ait:

Prou.6. Homo apoſtata,vir inutilis graditur in ore peruerſo,annuit oculo,terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malũ,& in omni tempore iurgia ſeminat. Huic extẽplo veniet perditio ſua,& ſubitò cõteretur, nec habebit *vltra*

Prou.10 medicinam. In multiloquio peccatum nõ deerit, qui moderatur labia ſua, prudẽtiſsimus eſt.

Prou.13. Qui cuſtodit os ſuum,cuſtodit animam ſuam. Qui autem incõſideratus eſt ad loquendũ, ſen

Ibidem. tiet mala.* Qui detrahit alicui rei,ipſe ſe in fur-

**Aliâs qui detrahit alicui Regi,ipſe ſe in futurũ obligat.*

tum obligat. Vbi aũt verba plurima ſunt, ibi frequenter egeſtas. Mors & vita in manibus linguę. Qui loquitur mendacia,peribit. Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus, omnis

Prou.14. autẽ ſtultus *alias ſtulti miſcetur calũnijs. Qui

Pro.18. cuſtodit os ſuum & linguã, cuſtodit ab angu-

Pro.19. ſtijs animam ſuã. Eijce deriſorem,& exibit cum

Prou.20 illo iurgium. Cũ defecerint ligna, extinguetur

Prou.21. ignis, & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquie-

Prou.22 ſcunt. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa

Prou.26. peruenient ad intima ventris. Lingua fallax non

Ibidem.

amat

amat veritatem, & os lubricū operatur ruinas. Eccleſiaſtes autem dicit: Multas curas ſequūtur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenitur ſtultitia. Sapientia quoq; ita docet, dicens: Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quia nihil prodeſt, & à detractione: parcite linguæ, quoniā reſpōſum obſcurum in vacuū nō ibit. Os quod mentitur, occidit animam. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neq; in amicū ſimiliter facias, neq; velle mentiri omne mendacium, aſsiduitas enim illius nō bona. Iuratione non adquieſcat os tuum, multus enim caſus in illa. Nominatio verò Dei non ſit aſsidua in ore tuo, & nominibus ſanctorū ne admiſceris, quoniam nō eris immunis ab eis, ſicut enim ſeruus interrogatus aſsiduè à liuore non minuitur, ſic omnis iurans & nominās in toto à peccato nō purgabitur. Vir multum iurans, implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga, & ſi fruſtrauerit delictum ipſius, ſuper ipſum erit, & ſi diſsimulauerit, delinquet dupliciter, & ſi in vacuum iurauerit, nō iuſtificabitur. Dn̄s dicit in Euangelio: Audiſtis quia dictum ſit antiquis: Nō periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis nō iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellū eſt pedum eius, neq; per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis, neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum albū facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod autē his abundantius eſt, à malo eſt. Omne verbum

Eccl. 5 *Sap. 1.* *locus eſt* *Eccl. 7* *Eccl. 23* *Matt. 5.* *Matth. 12.*

bum otioſum quod loquuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij, ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & à verbis tuis condem

Locus ex epiſt. Iaco. cap.3. naberis. Doctor gentium dicit: Nolite gloriari, & mẽdaces eſſe aduerſus veritatẽ. Corrumpũt

1.Co.15. bonos mores colloquia mala, euigilate iuſti, &

Eph.4. nolite peccare. Renouamini ſpiritu mentis veſtrę, & induite nouũ hominẽ, qui ſecundũ Deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciũ, loquimini veritatem, vnuſquiſq; cũ proximo ſuo, quoniã ſu

Ibidem. mus inuicẽ mẽbra. Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat, ſed ſi quis eſt bonus ad ędificationẽ oportunitatis, vt det gratiã audiẽtibus & nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctũ Dñi, in quo ſi-

Iaco.1. gnati eſtis, in die redẽptionis. Iacobus verò Apoſtolus dicit: Si quis aũt putet ſe religioſum eſſe, & nõ refręnans linguã ſuã, ſed ſeducẽs cor ſuũ, huius vana eſt religio. Religio munda, & immaculata apud Deũ & patrẽ hæc eſt: Viſitare pupillos & viduas in rribulatiõe eorũ, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Sit autem om-

Ibidem. nis homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquendũ, & tardus ad irã. Ira enim viri iuſtitiam

Iacob.3. Dei non operatur. Vniuerſitas iniquitatis lingua cõſtituitur in mẽbris noſtris, quæ maculat totũ corpus, & inflãmat rotam natiuitatis no-

Iacob.4. ſtræ, inflãmata à gehẽna. Nolite detrahere alterutrũ fratres. qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem.

DE VITIIS CAVENDIS.

Loqui-

Loquitur Dominus per Moyſem, ita dicẽs: XIII.
Obſerua diligenter, ne incurras in plagã le- *Leui.24.*
præ, ſed facies quæcũq; te docuerint ſacerdotes
Leuitici generis, iuxta quod præcepi, & imple
ſolicitè. Ego Dñs leges meas cuſtodite. Si in præ *Leuit.26.*
ceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea cuſto *Leuit.18*
dieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias tẽpo
ribus ſuis, & terra gignet germẽ ſuũ, & pomis ar
bores replebũtur. Apprehẽdet meſsis tritura vin
demiã, & vindemia occupabit ſemẽtẽ, & come
detis panẽ veſtrũ in ſaturitate, & abſque pauore
habitabitis in terra veſtra. Dabo pacẽ, in finibus
veſtris: dormietis, & nõ erit q exterreat. Auferã
malas beſtias, & gladius nõ trãſibit terminos ve
ſtros, perſequimini inimicos veſtros, & corruẽt
corã vobis. Perſequentur quinq; de veſtris cen
tũ alienos, & centũ ex vobis decẽ milia. Cadent
inimici veſtri in cõſpectu veſtro gladiò. Reſpiciã
vos, & creſcere faciã, multiplicabimini, & firma
bo pactũ meũ vobiſcũ. Comedetis vetuſſiſsima
veterũ, & vetera nouis ſuperueniẽtibus ꝓijcie-
tis. Ponã tabernaculũ meũ in medio veſtri, et nõ
abijciet vos anima mea, ambulabo inter vos, &
ero veſter Deus, voſq; eritis populus meus, ego
Dñs veſter. Quod ſi nõ audieritis me, nec feceri *Leuit.26.*
tis omnia mãdata mea, ſi ſpreueritis leges meas
& iudicia mea contempſeritis, vt nõ faciatis ea
quæ à me cõſtituta ſunt, & ad irritũ perducatis
pactum meum, ego quoque hæc faciam vo-
bsi. Viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore,
qui conficiat oculos veſtros, & conſumat ani-
mas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab
hoſtibus

hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini eis qui oderūt vos, fugietis nemine perſequēte. Sin aūt nec ſic obedieritis mihi, addā correptiones veſtras ſeptuplū propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiā duritiæ veſtræ. Dabo vobis cœlū deſuper, ſicut ferreum, & terram æneam, & incaſſum erit labor veſter, nō proferet terra germē, nec arbores poma præbebūt. Per Eſaiā verò Dn̄s dicit: Non eſt pax im-
Eſa.48. pijs, dicit Dominus. In pſalmis nāq; Dauid ad Dominū ait: Ab omni via malæ prohibui pedes
Pſal.118. meos vt cuſtodiam verbum tuum. Quis eſt homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos?
Pſal.33. Cohibe linguam tuā à malo, & labia tua ne loquātur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum,
Prou.6. inquire pacem, & ſequere eam. Salomon quoq; dicit: Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes, linguā mēdacem, manus effundētes innoxium ſanguinem, Cor machinans machinationes peſſimas, pedes veloces ad currendū in malū. Proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum
Eccl.7. qui ſeminat inter fratres diſcordias. Admonet nos Sapientia rurſum & dicit: Noli facere mala & nō te apprehendēt, diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. Non ſemines mala in ſulcis
Eccl.8 iuſticiæ* etenim metes ea in ſeptuplum. Non
**alias nō.* litiges cum homine linguoſo, etenim ſtrues in
» ignem illius ligna. Non communices homini
» indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne
» deſpicias hominem auertentem ſe à peccato,
neque

neque inproperes ei. Memento quoniam om- "
omnes in corruptione ſumus. Non ſpernas ho "
minẽ in ſua ſenecta, etenim ex nouis ſeneſcunt. "
Noli de mortuo inimico tuo gaudere, ſciens "
quoniam omnes morimur, & in gaudium no- *Ibidem.* "
lumus venire hoſtibus noſtris. Ne contra fa- "
ciem ſtes contumelioſè, ne ſedeat quaſi inſidia- "
tor ori tuo. Noli fœnerari homini fortiori te, "
quod ſi fœneraueris tanquam perditum habe. "
Non ſpõdeas ſuper virtutẽ tuam, quod ſi ſpo- "
ponderis tanquam reſtituens cogita. Non iudi- "
ces contra iudicem, quoniam ſecundum quod "
dignum eſt iudicat, cum audace non eas in via, "
ne fortè grauet mala ſua in te. Ipſe enim ſecun- "
dum voluntatem ſuam facit, & ſimul cum ſtul- "
titia illius peries. Cum iracundo non facies ri- "
xam, & cum audace nõ eas in deſertũ, quoniam "
quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & vbi non eſt "
adiutorium elidet te. Cum fatuis ne conſilium "
habeas, non enim poterunt diligere niſi ea quæ *Ibidem.*
ipſis placent. Coram extraneo ne facias conſi-
lium neſcis enim quid pariat. Non omni homi
ni cor tuũ manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiã
falſam, & cõuicietur tibi. Dominus in Euange- *Matth.16.*
lio ait: Intuemini & cauete à fermẽto Phariſęo- *Mar.8.* *Luc.12.*
rum & Sadducęorum: Non quod intrat in os *Mar.7.*
coinquinat hominem, ſed quod procedit ex
ore coinquinat hominem, quia omne quod in
os intrat in ventrem vadit, & in ſeceſſum emit-
titur. Quæ autem procedunt de ore de corde
exeunt, & ea coinquinant hominem. De cor-
de enim exeunt cogitationes malæ, homicidia,
adulte-

adulteria, fornicationes, furta,falſa teſtimonia, blaſphemia,hæc ſunt quæ coinquinant hominē. Paulus quoq; dicit: Reuelatur enim ira Dei
Rom.1 de cœlo ad omnem impietatē, & iniuſtitiā hominū eorū,qui veritatem in iniuſtitia detinent.
Ibedem. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum,vt faciāt ea quæ nō coueniunt,repletos omni iniquitate,malitia,fornicatione,auaritia, nequitia,plenos inuidia,homicidijs,cōtentione,dolo,malignitate,ſuſurratores, detractores, Deo odibiles, cōtumelioſos,ſuperbos,elatos,inuentores malorū,parentibus nō obediētes, inſipientes,incōpoſitos,ſine affectione,abſq; fœdere,ſine miſericordia,qui cū iuſtitiā Dei cognouiſſent, nō intellexerūt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte,nō ſolū qui ea faciunt,ſed etiā qui cōſen
Rom. 2. tiūt faciētibus. Exiſtimas aūt hoc,ô homo,qui iudicas eos qui talia agūt,& facis ea quia tu effugies iudiciū Dei?an diuitias bonitatis eius & patiētiæ,& lōganimitatis cōtemnis?ignorās quoniā benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit, ſecundū duritiā aūt tuā & cor impœnitēs theſauriſas tibi irā in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij Dei,qui reddet vnicuiq; ſecundū opera eius.
1.Cor.5. Auferte malū ex vobis ipſis.An neſcitis quia ini
1.Cor.6. qui regnū Dei nō poſsidebūt?nolite errare,neq; fornicarij,neq; idolis ſeruiētes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorū cōcubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebrioſi,neq; maledici, neq; rapaces,regnū Dei poſsidebūt.Hic Petr⁹ apo
1.Pet.2. ſtolus dicit:Deponētes omnē malitiā,& omnē dolū & ſimulatiōes,& inuidias,& omnes detra

ctiones,

ctiones, ſicut modò geniti infantes rationabiles & ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Ioãnes quoq; Apoſtolus dicit: * Chariſsimi, nolite imitari quod malũ eſt, ſed quod bonum eſt. Qui bene facit, ex Deo eſt, qui malè facit non videt Dominum. **Alias charißime. Ex.3. epiſt. Beati Ioan.*

DE GVLA. XIIII

LOquitur Dominus per Eſaiã prophetã, ita dicens: Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatẽ ſectandã, & potandũ vſq; ad veſperũ, vt vino æſtuetis. Cythara & lyræ, tympanũ & tibiæ, & vinũ in cõuiuijs veſtris, & opus Dñi nõ reſpicitis, nec opera manuũ eius cõſideratis. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles interierũt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Væ qui potẽtes eſtis ad bibendũ vinũ, & viri fortes ad miſcendam ebrietatẽ. qui iuſtificatis impiũ pro muneribus, & iuſtitiã iuſti aufertis ab eo. Itẽ ipſe dicit: Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinũ, dicẽtes: " Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, " & releuata eſt in auribus meis Dñi exercituũ, ſi " dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituũ. Sacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate. Abſorpti ſunt à vino, errauerunt præ ebrietate. Neſcierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt fomitu um, ſordiumque, ita vt non eſſet vltrà locus. Ioel quoque dicit: Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam

Eſa.5. Ibidem. Eſa.22. Eſa.28. Iohel.1.

Hic ſeries textus eſt inuerſa. quoniam perijt ab ore veſtro. Accingite vos,&
& plangite Sacerdotes ,vlulate miniſtri altaris,
Ibidem. quia confuſum eſt gaudium à filijs hominum.
Cōputruerunt iumēta in ſtercore ſuo,demolita
ſunt horrea,diſsipatæ ſunt apothecę; quoniam
Pſal.101. confuſum eſt triticum. Hinc pſalmiſta ait: Cinerem ſicut panem manducabam, & potum meum cum fletu temperabam. A facie iræ indignationis tuæ quia eleuans eliſiſti me. Salomon
Prouer. 23. quoq; ita dicit: Noli eſſe in conuiuijs potatorum,nec in commeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt, qui vacantes po-
Ibidem. tibus & dantes ſymbola conſumentur & veſtietur pannis dormitatio. Cui uæ,cuius patri uæ, cui rixæ, cui foueæ, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffuſio oculorum, nónne his qui morantur in
Ibidem. vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit,cū ſplenduerit in vitro color eius,ingreditur blandè,ſed in nouiſsimo mordebit vt coluber,& ſicut regulus venena diffundet. Admonet nos Sapientia di-
Eccl.9. cens: Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, & in timore Dei ſit gloriatio tua, & in ſenſu ſit tibi cogitatio Dei, & omnis enarratio tua in præceptis
Eccl.19. altiſsimi. Operarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica paulatim decidit. Vinum & mulieres apoſtatare faciūt ſapientes,
Eccl.31. & arguunt ſenſatos. Et qui ſe iungit fornicarijs erit nequam. Sanitas eſt & corporis & animæ ſobrius potus. Vinum multum potatum ir-
Ibidem. ritationem & iram, & ruinas multas facit. In conuiuio vini non arguas proximum, & ne de

ſpicies illum in iocunditate illius. Verba impro perij non dicas illi, & non premas illum in repe tendo. Dominus dicit in Euangelio: Attendite autem vobis ne forte grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos dies illa, tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper fa ciem vniuerſæ terræ. Paulus apoſtolus dicit: Obſecro autem vos fratres, vt abſtineatis vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Si eſca ſcandaliſat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandaliſem. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus hunc & hanc deſtruet. Noli inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino Deo, & patri ſubiecti inuicem in timore Chriſti. Petrus verò apoſtolus dicit: Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelatione Ieſu Chriſti. Animas veſtras caſtificantes in obedientiam charitatis.

Luc.21. *Locus ex 1. Petr.2.* *Rom.14.* *1.Cor.8.* *1.Cor.6.* *Epheſ.5.* *1.Pet.1.* *Ibidem.*

DE FORNICATIONE. XV.

In libro Leuitico loquitur Dominus ad Moyſen dicens: Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant inunditiam, & nō moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint tabernaculū meum quod eſt inter eos, facietiſq; iudicia mea, & præcepta ſeruabitis, & ambulate in eis, ego Dominus Deus veſter. Omnis homo ad proximam ſangui-

Leuit.15 *Leuit.18.* *Ibidem.*

nis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem
Ibidem. eius. Ego dominus. Cum vxore proximi tui
nō coëas, nec ſeminis cōmixtione maculaueris.
Ibidem. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus
his quippiam, peribit de medio populi ſui. Et
Deut.23 in Deuteronomio: Non erit inquit meretrix de
filiabus Iſrahel, neq; ſcortator de filijs Iſrahel.
Oſeæ.4 Oſeæ quoq; dicit: Fornicatio & vinum & ebri
etas aufert cor, ſpiritus enim fornicationum
decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Dilexe
Ibidem. runt ferre ignominiam protectores eius. omnes
Oſeæ.7. adulterātes quaſi clibanus ſuccenſus à coquen-
Mich.2 te. Mich. verò dicit: Væ qui cogitatis inutile, &
operamini malum in cubilibus veſtris. Et Da-
Pſal.31. uid ait: Nolite fieri ſicut equus & mulus in qui
Pſalm.100 bus non eſt intellectus. Non proponebā ante
oculos meos rem malam, facientes præuaricati-
ones odiui, & non adhæſit mihi cor prauum.
Tob.4. Tobias quoq; dicit: Attende tibi fili mi ab om
ni fornicatione, & præter vxorē tuam nūquam
patiaris crimen ſcire. Sapientia quoq; dicit: Va-
ni ſunt aūt omnes homines, in quibus non eſt
Sapi.13. ſciētia Dei, & de his quę vidētur bona nō potue
Locus eſt runt intelligere eū qui eſt. Et non ſuffecerat er-
ex 14. ſapi raſſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno vi
ent. uentes in ſcientiæ bello tot & tā magna pacem
„ appellāt. Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut
„ obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vi
„ gilias habentes, neq; vitam neq; nuptias mūdas
„ iam cuſtodiūt. Sed & alius aliū per inuidiam
„ occidit, aut adulterans contriſtat, & omnia com
„ mixta ſunt. Sanguis, homicidium, furtum & fi-

ctio

ctio,corruptio,infidelitas,turbatio,& periuriũ, „
tumultus,&bonorũDñi immemoratio anima „
rũ inquinatio,natiuitatis immutatio, nuptiarũ „
incõſtantia,mœchia & impudicitia,infandorũ „
enim idolorũ cultura omnis mali cauſa eſt & „
initiũ,& finis. Sapiẽtia quoq; dicit: Ne des mu *Locus eſt*
lieri poteſtatẽ animę tuę,ne ingrediatur in virtu *Eccl.9.*
te tua,& cõfundaris. Ne reſpicias mulierẽ mul-
tiuolã,ne fortè incidas in laqueũ illius. Cũ ſalta
trice ne aſsiduus ſis,nec audias illã, ne fortè pe-
reas efficatia illius. Virginẽ ne cõſpicias, ne for- **alias in*
tè ſcãdaliſeris in decore eius. Ne des fornicarijs *efficacia*
animã tuã in vllo, ne perdas te, & hæreditatem
tuam. Auerte faciem tuam à muliere cõpta,& *Ibidem.*
ne circumſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpe-
ciem mulieris multi perierunt,&ex hoc cõcupi
ſcẽtia quaſi ignis exardeſcit. Omnis mulier quæ
eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via cõculcabitur.
Dñs verò dicit in Euangelio: Audiſtis quia di-
ctum eſt antiquis: Nõ mœchaberis. Ego autem *Matth.5.*
dico vobis,quoniã qui viderit mulierẽ ad cõcu
piſcendũ eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.
Et omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta *Ibidem.*
fornicationis cauſa, facit eam mœchari, & qui
dimiſſam duxerit,adulterat. Nam Paulus Apo
ſtolus dixit: Nox pręceſsit,dies autẽ appropin- *Rom.13*
quabit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, &
induamur arma lucis, ſic vt in die honeſtè am-
bulemus. Non in commeſſationibus, & ebrie-
tatibus, non in cubilibus &impudicitijs, non
in contentione & æmulatione, ſed induimini
Dominum Ieſum Chriſtum. Et carnis curam
 ne ſe-

1.Cor.6. ne feceritis in deſiderijs. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt, qui auté fornicatur, in corpus ſuũ peccat. An neſcitis quoniã membra veſtra templũ ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quẽ habetis à Deo, & nõ eſt veſtri? Empti enim eſtis pretio magno, glorificate & portate Dominum in corpore veſtro. Fornicatio auté & omnis im-
Epheſ.5. munditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarũ actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus, nõ habet hæreditaté in regno Chriſti & Dei. Fornicato-
Hebr.13. res & adulteros iudicabit Deus. Petrus quoq;
1.Pet..2. Apoſtolus dicit: Chariſsimi obſecro vos tan-
„ quã aduenas & peregrinos, abſtinete vos à car
„ nalibus deſiderijs, quæ militãt aduerſus animã.
„ Cõuerſationẽ veſtrã inter gentes habentes bo-
„ nã, vt in eo quod detractant de vobis, tanquam
„ de malefactoribus, ex bonis operibus vos cõſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

XVI. DE SVPERBIA ET IRACVNDIA.

Num.15 IN lege Dominus per Moyſen loquitur, dicẽs: Anima quæ per ſuperbiã aliquid cõmiſerit, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus, quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Verba enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum, ac delebitur & portabit iniquitatem ſuam. Per Eſaiam quoq; Do

minus

minus dicit: Væ qui ſapientes eſtis in oculis ve *Eſa.5*
ſtris,&coram vobiſmetipſis prudentes. Excelſi *Eſa.10.*
ſtatura ſuccindentur,& ſublimes humiliabun-
tur. Quieſcere faciam ſuperbiam infidelium,& *Eſa.13.*
arrogantiam fortium humiliabo. Item Dñs ex- *Eſa.23.*
ercituũ cogitauit hoc,vt detraheret ſuperbiam
omnis gloriæ,&ad ignorantiam deduceret om
nes inclytos terræ, quia dies Domini exercituũ
ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper *Eſa.2.*
omnem arrogantem,&humiliabitur,& incur-
uabitur ſublimitas hominũ,& humiliabitur al
titudo virorũ. Abacuc propheta dicit: Quomo *Abac.2.*
do vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuper-
bus,&nõ decorabitur. Qui dilatauit quaſi in-
fernus animã ſuã,& ipſe quaſi mors non imple
tur. Nam &Pſalmiſta dicit:Superbi iniquè age *Pſal.118*
bant vſquequaque. Et exaltatus humiliatus *Pſal.87*
ſum,& cõfuſus contuebatur. Iraſcimini & no- *Pſal.4.*
lite peccare. Cõturbatus eſt in ira oculus meus. *Pſal.30.*
In Iob quoq; ſcriptum eſt: Virũ ſtultum interfi *Iob.5*
cit iracundia,& paruulum occidit inuidia. Cũ *Iob.15.*
ctis diebus ſuis impius ſuperbit,&numerus an
norum incertus eſt tyrannidis eius. Tobias ve-
rò dicit:Superbiam nunquam in tuo ſenſu aut *Tob.4*
in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim
initiũ ſumpſit omnis perditio. Salomõ quoq;
dicit:Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Qui au *Pro.13*
tem cuncta agunt conſilio, reguntur ſapientia.
In ore ſtulti virga ſuperbiæ. Labia ſapientiũ cu *Pro.14.*
ſtodiũt eos. Errãt qui operantur malum,& qui *Ibidem.*
ſequitur iuſtitiam diligitur à Domino. Vir ira-
cundus prouocat rixas, qui patiens eſt, mitigat *Pro.15*

Prou.26 ſuſcitatas. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.
Pro.27. Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior.
Prou.29 Vir ſapiens ſi cum ſtulto contendat, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem.
Ibidem. Qui ad indignandū facilis eſt, erit ad peccandum procliuior. Item Sapientia
Eccl.10. dicit: Odibilis coram Deo & hominibus ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & contumelias, & diuerſos dolos.
Math.5 Veritas quoque dicit in Euangelio: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio.. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.
Luc. 14.18 Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.
Rom.2. Hinc Paulus dicit: Ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, gloria autem & pax omni operanti bonum.
1.Cor.11 Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinē non habemus, neque eccleſia Dei.
Eph.4. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.
Iacob.4 Iacobus apoſtolus dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Subiecti igitur eſtote Deo, reſiſtite autem Diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.

DE

DE INVIDIA ET ODIO. XVII.

IN lege Dominus præcipit, dicens: Ne oderis *Leuit.19.*
fratrẽ tuũ in corde tuo, ſed publicè argue eũ,
ne habeas ſuper illo peccatũ. Loquitur Domi- *Hiere.6*
nus per Hieremiam, dicens: Erudire Hieruſalẽ,
ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponã
te deſertam & inhabitabilem. Hæc eſt ciuitas
viſitationis, omnis calumnia in medio eius, ſi- *Ibidem.*
cut frigidam facit ciſterna aquã ſuã, ſic frigidam
fecit malitiam ſuam, iniquitas & vaſtitas audie
tur in ea, coram me ſemper infirmitas & plaga.
Hinc Dauid dicit: Locuti ſunt aduerſum me lin *Pſal.108*
gua doloſa, & ſermonibus odij circũdederunt
me. Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi,
ego autẽ orabam. Poſuerunt aduerſum me ma
la pro bonis, & odium pro dilectione mea. Ore *Pſal.61.*
ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. *Iob.2.*
In Iob quoque ſcriptum eſt: In diem perditio-
nis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
Videbunt oculi eius defectionem ſuam, & de *Ibidem.*
furore omnipotẽtis bibet. Salomon quoq; di-
cit: Odiũ ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta ope- *Pro.10.b*
rit charitas. Dominus dicit in Euangelio: Qui
ſcandaliſauerit vnum ex his puſillis credẽtibus *Marc.9.*
in me, bonum eſt ei magis ſi circundaretur mo- *Matt.18.a.*
la aſinaria in collo eius, & in mare mitteretur. *Luc.17.a*
Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce eum. *Ibidem*
Bonum tibi eſt luſcum intrare regnum Dei,
quã duos oculos habẽtem mitti in gehennam
ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis
eorum non extinguetur. Omnis enim qui ma- *Ioan.3.c*
lè agit, odit lucem, & non venit ad lucem,

Ephe.4. vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtētur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Paulus apoſtolus dicit: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, Ephe.2.c cum omni malitia. Eſtote autem benigni, miſericordes, donantes inuicē, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua: legem mādatorum decretis, euacuans: vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominem, faciens pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiēs inimicitias in ſemetipſo. Iaco.3.c Iacobus apoſtolus dicit: Quòd ſi zelum amarū habetis, & contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Nō enim iſta ſapientia de ſurſum deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, & diabolica. Vbi enim zelus & cōtentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Quæ autem deſurſūm eſt ſapientia, primū quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis cōſentiens, plena miſericordiæ, iudicans ſine ſimulatione. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. Ioannes Apo- 1.Ioan.2.b. ſtolus dicit: Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt, qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quoniam tenebræ obcæcauerūt Ibid.3.c. oculos eius. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt, & ſcitis quoniam omnis homicida non

non habet vitam æternam in ſe manentem.

DE CVPIDITATE ET AVARITIA.

XVIII.

MAndat Dominus per Moyſen ita, dicens: *Deu.23.d.* Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno. Fratri autē tuo abſq; vſura id quod indiget commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo, in terra ad *Ibid.24.b.* quam ingredieris poſsidendam. Cum repetis à proximo tuo rem aliquam quā debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit: ſi autem pauper non eſt, pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas, ſed eadem die reddes ei pretiū laboris ſui, ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animā ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Per Eſaiam quoq; Dn̄s increpans, ita dicit: Væ qui cōiungitis domū ad domum, & agrū agro copulatis vſq; ad terminū loci. Nūquid habitabitis ſoli vos in medio terræ, in auribus meis hęc ſunt Domini exercituū. *Eſa.5.* Per Hieremiā ergo Dn̄s dicit: Quid vultis mecum cōtendere in iudicio? Omnes dereliquiſtis me, dicit Dn̄s. Fruſtra percuſsi filios veſtros, di- *Hiere.2.*

ſciplinam non receperint. Deuorabit gladius veſter prophetas veſtros, quaſi leo vaſtator generatio veſtra. In vijs ſedebat expectans eos, quaſi latro in ſolitudine. Polluiſtis terram in fornicationibus veſtris, & in malitijs veſtris. Quomobrem prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum & ſerotinus imber. Per Ezechielem verò dicit Dominus: Populus meus ſedent corā te, & audiunt ſermones tuos, & nō faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertunt eos, & auaritiam ſequitur cor eorum, & æs eis quaſi carmen cantici, quod ſuaui dulciq; ſono canitur, & audiunt verba tua & non faciunt ea. Nónne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci, inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris, & cum puriſsimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbabatis, & oues meæ his quæ conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad eos: Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilentum, pro eo quod lateribus & humeris impingebatis & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras, ſaluabo gregem meum, & non vltra erit in rapinam. Dauid quoq; dicit: Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi vanitate in idipſum. Nolite ſperare in iniquitate & rapinas nolite cōcupiſcere. In Iob quoq; ſcriptum eſt. Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges & pauerunt eos. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. Snbuerterunt pauperum viam, & oppreſ-

Ibid.3.a *Ezech.33.g* *Ibid.34.* *Ibidem.* *Pſal.61* *Iob.24.a*

oppreſſerunt pariter manſuetos terræ. Agrum ſuum non demetunt, & vineam eius quem vi oppreſſerunt, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes. De ciuitatibus *Ibid.b* fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamabit, & Deus inultum abire non patitur. Ad nimium calorem tranſeunt ab aquis niuium, & vſq; ad inferos peccatum illorum. *Ibid.c* Dedit *Ibid.d.* eis Deus locum pœnitentiæ, & illi abutuntur eo in ſuperbia. Salomon quoq; dicit: Subſtantia feſtinata minuetur, quæ autē paulatim manu colligitur, multiplicabitur. *Prou.13.b* Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam, qui autem *Ibid.15.d* odit munera viuet. Pondus & pondus, menſura ac menſura, vtrumq; abominabile apud Dominum. *Ibid.20.b* Statera doloſa non eſt bona. Qui cum *Ibid.d.* fure partitur, odit animam ſuam. Ne attingas *Ibi.29.d* terminos paruulorum, & agrum pupillorum *Ibid.23.b* ne introeas: propinquus eorum fortis eſt, & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. Item Sapientia dicit: Noli quærere ab homine ducatum, neq; à Rege cathedram honoris. *Eccl.7.a* Neque quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem. Multos perdidit aurum atque *Ibid.8.a* argentum & vſq; ad cor Regum aſcendit. Auaro *Ibid.10.b* autem nihil ſceleſtius eſt, nihil eſt iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam ſuam vænalem habet. Dominus verò dicit in *Luc.12.c* Euangelio, Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſq; vita eius eſt. Vendite quæ poſsidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt. *Ibid.e*

cunt. Theſaurum non deficientem in cœlis quo fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. Eſtote parati quia qua hora non putatis filius
1.Cor.10.b. hominis venit. Paulus Apoſtolus dicit: Non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. Sine offenſione eſtote Iudæis &
Ibid.c Gentibus, & Eccleſiæ Dei. Nemo quod ſuum
Ibid.f. eſt quærat, ſed quod alterius. Omnia in gloriã
Eph.4.f. Dei facite. Nolite locum dare Diabolo, qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus quod bonum eſt, vt ha-
Heb.13.b. beat vnde tribuat patienti. Sint mores ſine auaritia cõtenti præſentibus, ipſe enim dixit: Non
Iacob.4.a. te deſero, neq; derelinquam. Iacobus Apoſtolus dixit: Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in mẽbris veſtris? Concupiſcitis & non habebitis, occiditis & zelatis, & non poteſtis adipiſci, litigatis & belligeratis, & non habetis propter quod non poſtulatis. Petitis & nõ accipitis eo quod male petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis. Adulteri neſcitis quia amicitia huius mũdi inimica eſt Dei? Quicunq; ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.
1.Ioan.2.c. Ioannes quoq; Apoſtolus dicit: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, quoniã omne quod in mundo concupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ, quæ nõ eſt ex patre, ſed ex mundo eſt, & mũdus tranſit, & cõcupiſcẽtia eius. Qui autem facit volũtatem Dei, manet in æternum.

DE FRAVDE ET DOLO. XIX.

Fraudem & dolũ prohibet Dominus in lege ita dicens: Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum & verũ, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tẽpore ſuper terrã, quam Dñs Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim eũ Dominus qui facit hæc, & auerſatur omnẽ iniuſtitiam. Per Eſaiam quoq; ita Dominus loquitur: Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam, ſcripſerunt vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis, ad cuius fugietis auxiliũ? Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt, ipſe enim cogitationes cõcinnauit ad perdẽdos mites in ſermone mendacij, cũ loqueretur pauper iudicium. Per Hieremiam quoq; Dominus dicit: Inuẽti ſunt in populo meo impij inſidiãtes, quaſi aucupes laqueos ponẽtes & pedicas ad capiẽdos viros, ſicut decipula plena auibus, ſic domus eorũ plenę dolo. Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, quia omnis frater ſupplãtans ſupplãtabit, & omnis amicus fradulẽter incedet, & vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquentur, docuerũt lĩguam ſuam

Deut.25.d. *Eſa.10.a.* *Ibid.32.b* *Hiere.5.f.* *Ibid.9.b.*

am loqui mendaciũ, vt iniquè agerẽt laborauerũt. Habitatio tua in medio doli in dolo, renuerunt ſcire me dicit Dñs. Sagitta vulnerãs lingua eorum, dolũ locuta eſt in ore ſuo, pacẽ cũ amico ſuo loquitur, & occultè ei ponit inſidias. Nũquid ſuper his nõ viſitabo dicit Dñs, aut in gentẽ huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Micha verò dicit: Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrẽ ſuũ venatur ad mortem, malum manuũ ſuarum dicunt bonum, princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, & magnus locutus eſt deſideriũ animæ ſuæ. Nolite credere amico, & nolite cõfidere in duce ab ea quę dormit in ſinu tuo: cuſtodi clauſtra oris tui quia filius calumniã facit patri, filia cõſurgit aduerſus matrem ſuam, & nurus contra ſocrum ſuam, inimici hominis domeſtici eius. Abacuc quoq; dicit: Vę qui dat potum amico ſuo, mittens fel ſuum & inebriãs vt aſpiciat nuditatem eius. Pſalmiſta verò dicit: Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant malum mihi, verbum iniquum mandauerunt aduerſum me. Mollierunt ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. In Iob quoq; ſcriptum eſt: Vias meas in conſpectu Dei arguã, & ipſe erit ſaluator meus. Non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita, cõgregatio enim hypocritę ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. Hoc ſcio à prĩcipio ex quo poſitus eſt homo ſuper

Ibid.c *Mich.7.a* *Ibid.b* *Abac.2.a* *Pſal.40* *Pſal.54* *Iob.13 c.* *Ibid.15.d* *Ibid.20.a.*

per terram,quod laus impiorum peribit,&gaudiũ hypocritæ ad inſtar pũcti. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum abſcõdit illud ſub lingua ſua. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidũ intrinſecus. Per Salomonẽ Sapientia dicit: Statera doloſa abominatio eſt apud dominum, & pondus æquum voluntas eius. In inſidijs ſuſcipientur iniqui, nõ inueniet fraudulentus lucrũ. Dolus in corde cogitantiũ mala, qui autem ineũt pacis cõcilium ſequitur eos gaudium. Hoſtiæ impiorũ abominabiles ſunt, quia offerũtur à ſcelere. Sicut noxius eſt qui mittit lãceas & ſagittas in mortẽ, ſic vir qui fraudulẽter nocet amico ſuo, & cũ fuerit deprehenſus dici', Ludẽs feci. Multos enim ſupplãtauit ſuſpicio illius. Cor durum malè habebit in nouiſsimo, & qui amat periculũ in illo permanebit. Dñs dicit in Euãgelio: Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt. Et qui in modico iniquus eſt, in maiori iniquus eſt. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autẽ nouit corda veſtra. Paulus Apoſtol⁹ dicit: Induite vos arma Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus carnẽ & ſanguinẽ & aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azymi, etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.

Ibid.b. *Prouer.11.* *Ibid.12.* *Ibid.21.d.* *Ibid.26.c* *Eccl.3.c* *Luc.16.* *Ibid..d.* *Eph.6.b* *1.Cor.5 c.*

DE

DE VIRTVTIBVS APPETENDIS.

XX.

Hiere.7.a PEr Hieremiam prophetam Dominus dicit: Bonas facite vias veſtras,& ſtudia veſtra,& habitabo vobiſcum in loco iſto , nolite confiderein verbis mendacij,dicentes:Templũ Domini,templum Domini eſt. Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras,& ſtudia veſtra , & feceritis iudicium inter virum & proximum eius, aduenæ &pupillo & viduæ non feceritis calũniam , nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & poſt Deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis, habitabo vobiſcum in loco iſto , in terra quam dedi patribus veſtris à ſeculo, & vſque in ſeculum . *Ibid.48.b.* Maledictus homo qui facit opus Domini fraudulenter. *Thren.3.c.* Quid murmurauit homo viuens,vir pro peccatis ſuis:ſcrutemur vias noſtras , & quæramus,& reuertamur ad Dominum. *Amos.5.* Amos verò propheta dicit: Quærite Dominum, & viuite, quærite bonum & nõ malum,vt viuatis,& erit Dominus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis. Odite malum,& diligite bonum,& conſtituite in porta iudiciũ , ſi forté miſereatur veſtri Dominus Deus exercituum. Hinc Pſalmiſta ait: *Pſalm.23.* Innocens manibus & mũdo corde , qui non accepit in vanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiã à Deo ſaluatore ſuo. Salomon quoque ait : *Prou.4.d.* Omni cuſto dia ſerua cor tuum , quia ex ipſo vita procedit. Remoue à te os prauum , & detrahentia labia

ſint procul à te. Oculi tui rectè videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur, nec ad dexteram & ad ſiniſtram declines. Auerte pedem tuum à malo, vias enim quæ à dextris ſunt nouit Dominus. Peruerſæ enim ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. In Euangelio Dominus dicit: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur, ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Regnum Dei intra vos eſt. Paulus quoque Apoſtolus dicit: Itaque fratres mei dilecti ſtabiles eſtote, & immobiles abundãtes in opere Domini, ſemper ſcientes quod labor veſter nõ eſt inanis in Domino. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per

Matth.10
Luc.14.
Luc.9
Ibidem.12.
Luc.6.g
Luc.17.c
Ibidem.e.
1.cor.15.g.
1.Cor.6.a.

arma iuſtitię.à dextris & ſiniſtris,per gloriam & ignobilitaté,per infamiã & bonã famã,vt ſedu ctores & veraces,ſicut qui ignoti & cogniti,quaſi moriẽtes,& ecce viuimus,vt caſtigati,& non mortificati,quaſi triſtes,ſemper aũt gaudentes, ſicut egẽtes,multos auté locupletantes, tanquã nihil habentes,& omnia poſsidentes. Iacobus
Rom.2.b verò Apoſtolus dicit: Eſtote auté factores verbi,& nõ auditores tantũ, fallẽtes voſmetipſos,
Iaco.1.d quia ſi quis auditor eſt verbi & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultũ natiuitatis ſuæ in ſpeculo, cõſiderauit enim ſe,& abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit,qui auté perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit,non auditor obliuioſus factus, ſed factor
1.Pet.5.c. operis,hic beatus in facto ſuo erit.Petrus quoque Apoſtolus dicit: Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens,circuit,quærens quem deuoret.Cui reſiſtite fortes in fide, ſciẽtes eandẽ paſsionem,ei quæ in mundo eſt,veſtræ fraternitati fieri.

XXI.

DE MEDITATIONE diuinæ legis.

Hier.6.d PEr Hieremiã verò Dñs dicit:State ſuper vias & videte,& interrogate de ſemitis antiquis,
Ibi.11.a. quæ ſit via bona,& ambulate in ea,& inuenietis refrigeriũ animabus veſtris. Maledictus vir, qui nõ audierit verba pacti huius,quod præcepi patribus veſtris.Audite vocẽ meam,& facite omnia quæ pręcipio vobis,& eritis mihi in populũ,& ego ero vobis in Deũ. Date Dño Deo
Ibid.13.c veſtro gloriã,antequã cõtenebreſcat,& antequã offen-

offendant pedes veſtri ad mõtes caliginoſos, ſi *Ibid.15.d*
ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meũ eris.
Et in Daniele: Multi, inquit, qui dormiũt in ter *Danie.12.a*
ræ puluere, euigilabũt, alij in vitã, alij in opprobriũ ęternũ, vt videãt ſemper. Qui aũt docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplẽdor firmamẽti, & qui ad iuſtitiã erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Oſeæ quoq; dicit: Quis ſapiẽs *Oſeæ.14.*
& intelliger iſta, intelligens ſciet hæc quia rectæ viæ Dñi, & iuſti ambulabũt in eis. Præuaricatores verò corruẽt in eis. Dauid aũt dicit: Quõ dilexi legẽ tuam, tota die meditatio mea eſt. Pax *Pſal.118.*
multa diligẽtibus legẽ tuã Dñe, & nõ eſt in illis ſcãdalũ. Beatus homo, quẽ tu erudieris Dñe, & *Pſal.93*
docueris de lege tua eũ. In Iob quoq; ſcriptũ eſt: *Iob.28.c*
Sapiẽtia vbi inuenietur, & quis eſt locus intelligẽtię? Deus intelliget viã eius, & ipſe nouit locũ illius, & dixit homini: Ecce timor Dñi, ipſe eſt *Ibid d.*
ſapiẽtia, & recedere à malo intelligẽtia. Tobias *Tobiæ.4*
quoq; dicit: Cõſilium verũ à ſapiente perquire omni tẽpore, benedic Deũ, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia cõſilia tua in ipſo permaneant. Salomõ quoq; ait: Beatus homo qui inuenit ſapiẽtiam, & qui affluit prudentia, melior *Prouer.3.*
eſt acquiſitio eius negotiatione argẽti & auro primo, fructus eius precioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic nõ valẽt comparari. Omnis ſermo Dei ignitus eſt clypeus ſperantibus in ſe. Ne addas quicquam ver- *Ibid.30*
bis illius, & arguaris, inueniariſq; mẽdax. Eccleſiaſtes quoque dicit: Cuſtodi pedem tu- *Eccl.4.*
um ingrediens domum Dei, & propinqua, vt

audias,multò enim melior eſt obediētia,quàm ſtultorũ victimæ, qui neſciunt quid faciunt ma
Ibid.5. li. Ne temerè quid loquaris,neq; cor tuũ ſit velox ad proferendũ ſermonem corã Deo , Deus enim in cœlo,& tu ſuper terrã,idcirco ſint pau
Ibid.7 ci ſermones tui. Vtilior eſt ſapientia diuitijs, & magis prodeſt vidẽtibus ſolẽ. Sicut enim protegit ſapientia,ſic protegit pecunia. Hoc aũt plus habet eruditio & ſapiẽtia qđ vitã tribuũt poſ
Sapien.7. ſeſſori ſuo. Et in Sapientiæ libro: Omniũ enim, inquit, artifex docuit me ſapientiã, eſt enim in illa ſpiritus intellectus ſanct⁹ vnicus,multiplex, ſubtilis,mobilis,diſertus, incoinquinatus, certus,ſuauis,amans bonũ, acutus, qui nihil vetat benefacere,humanus, benign⁹,ſtabilis,ſecurus, omnẽ habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles,mũdus, ſubtilis. Omnibus enĩ mobilibus mobilior eſt ſapiẽtia,attingit aũt vbiq; propter ſuã mũditiã. Vapor eſt enim virtutis Dei,& emanatio quædã eſt claritatis omnipotẽtis Dei ſincera,& ideo inhil inquinatũ in illã incurrit. Cãdor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula Dei Maieſtatis,& imago bonitatis illius. Dominus dicit
Luc.12. in Euangelio: Audite & intelligite traditiones quas Dñs tradidit vobis. Seruus qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparauit, & nõ fecit ſecundum voluntatem eius,vapulabit multis. Qui aũt nõ cognouit & fecit dignũ plagis,vapulabit paucis. Omnia autem cui multum datum eſt,multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum,plus petunt ab eo.

Ignem

Ignem veni mittere in terram,& quid volo niſi vt accendatur.Ego ſum lux mũdi, qui ſequitur *Ioh.8*
me,nõ ambulat in tenebris,ſed habebit lumen vitæ.Paulus quoq; dicit: Per legem enim cogni *Rom.3.*
tio peccati,nũc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt,teſtificata à lege & prophetis,Iuſtitia autem Dei,per fidem Ieſu Chriſti in omnes
&ſuper omnes qui credunt.Non enim eſt per- *Rom..2*
ſonarum acceptio apud Deum. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Ipſi ſunt ſibi lex, qui faciunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Fi- *Ibid.10*
nis enim legis eſt Chriſtus,ad iuſtitiã omni cre- *Ibidem.11.*
denti.Tu autem fide ſta, noli altum ſapere,ſed *Ibidẽ.12*
time. Dico autem vobis omnibus per gratiam Dei, non plus ſapere quàm oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem,& vnicuique ſicut Deus diuiſit
menſurá fidei. Obſecro autem vos per nomen *1.Cor.1.*
Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes,& non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſen- *Ibi.8.*
tentia. Scimus quia omnes ſciẽtiam habemus.
Sciẽtia inflat,charitas verò ædificat. Omnia ad *Ibidem.14*
ædificationem fiant.Omnis ſcriptura diuinitus *2.Thi.3*
inſpirata,vtilis eſt ad docendũ, ad arguendum, ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus homo Dei ad omne opus bonum in-
ſtructus ſit. Finis enim præcepti eſt charitas de *1.Thi.1.*
corde puro,& conſcientia bona, & fide nõ ficta,à quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquiũ,volentes eſſe legiſdoctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur,neq; de qui-

bus affirmant. Ineptas autem & aniles fabulas
Ibidem.4. deuita, exerce teipſum ad pietatem. Iacobus
Iaco.4. apoſtolus dicit: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.

XXII. DE CONTINENTIA.

Hiere.2. Per Hieremiam loquitur Dominus, dicens: Audite verbum domini domus Iacob, & omnes cognatiões domus Iſraël, hæc dicit Dominus: Prohibe pedẽ tuum à nuditate, & guttur tuũ à ſiti, ſi conuerteris Iſrael, ait Dñs ad me
Ibid.4. cõuertere. Si abſtuleris offendicula tua à facie
Ibidem. mea, nõ commoueberis. Circũdimini Dño, & auferte præputia cordiũ veſtrorũ, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccẽdatur & nõ ſit qui extĩguat, propter malitiã cogitationũ
Pſal.118. veſtrarũ. Hinc Pſalmiſta precatur dicẽs: Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ, in via tua viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquiũ in timore tuo.
Prou.16 Salomõ quoq; dicit: Cuſtos animæ ſuæ ſeruat
Ibid.28. vitã ſuam. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & matre, & dicit hoc nõ eſt peccatũ pticeps homi
Eccl.11. cidæ eſt. Itẽ Sapiẽtia dicit: Priuſquã interroges
Prouer.18. ne vituperes quẽquã, & cũ interrogaueris, corripe iuſte. Priuſquã audias ne reſpõdeas verbũ & in medio ſermonũ ne adijcias loq. De ea re quæ te nõ moleſtat ne certeris, & in iudicio peccantiũ non cõſiſtas. Fili ne in multis ſint actus tui.
Ibid.18.d Poſt cõcupiſcentias tuas non eas, & à volũtate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ cõcupiſcẽtiã eius, faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis delecteris, aſsidua eſt enim cõmiſsio illorum, Fili, in bonis ne

des

des querelã, & in omni dato, ne des triſtitiã ver bi mali. Nõne ardorẽ refrigerabit vos, ſic & verbi melius ſuper datũ bonũ, & vtraq; cũ homine iuſtificato. Dñs verò dicit in Euãgelio: Quicũq; *Luc.17* quæſierit animã ſuam ſaluã facere, perdet eã. Et *Matth.10.* quicũq; perdiderit illã viuificabit eam. Paulus *Marc.8.* quoq; dicit: Obſecro itaq; vos fratres per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſti *Rom.12.* *Phil.4.* am viuẽtẽ, ſanctã, Deo placentẽ, rationabile obſequiũ veſtrũ, & nolite cõformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit volũtas Dei, & beneplacẽs, & perfecta. Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currũt, ſed vnus accipit brauiũ? ſic *1.Cor.9.* currite vt cõprehẽdatis. Omnis enim qui in agone cõtẽdit ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilẽ coronã accipiãt, nos autẽ incorruptã. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cũ alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Itaq; qui exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tẽtatio vos nõ apprehẽdat niſi humana. *1.Cor.10.c*

DE MISERICORDIA. XXIII.

In Hieremia propheta ſcriptum eſt: Miſericordia Dñi eſt quia non conſumpti ſumus, quia *Thren.3.c.* non defecerũt dies noſtri, leuemus corda noſtra *Ibidem.e.* cum manibus ad Dominum in cœlũ. Per Oſeam quoq; Dominus dicit: Miſericordiam volui, *Oſeæ.6.c.* *Matth.9.12* & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquam *Ibidem.10.* holocauſtum, ſeminate vobis in iuſtitia, metite in ore miſericordiæ, Innouate vobis nouale, tẽ- *Ibid.12.b* pus autem requirendi Dominum cum venerit qui docebit vos iuſtitiam. Miſericordiam,

&c iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper. Ionas verò dicit: Qui cuſtodient vanitatẽ, fruſtra miſericordiam ſuã derelinquent. In Pſalmis quoq; ſcriptum eſt: Miſericors & miſerator Dominus, patiens & multũ miſericors. Suauis eſt Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. In Iob quoq; ſcriptum eſt: Qui tollit ab amico ſuo miſericordiã, timorem Domini derelinquit. Tobias quoq; dicit: Seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ ſunt placita illi, & filijs veſtris mandate vt faciant iuſtitias, & eleemoſynas, vt ſint memores Dei, & benedicant Dominum in omni tempore, in veritate, & in tota virtute ſua. Dauid quoq; orat taliter, dicens: Domine fac mecum miſericordiam, propter nomẽ tuum, quia ſuauis eſt miſericordia tua. Salomon quoq; dicit: Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regẽ, & roboratur clementia thronus eius. Facere miſericordiã magis placet Deo, quàm victimæ. Qui ſequitur iudicium & miſericordiã, inueniet vitam, & iuſtitiam, & gloriam. Sapientia quoque dicit: Eſto pupillis miſericors & pater, & pro viro matri illorũ, & eris velut filius altiſsimi obediens, & miſerebitur tui magis quã mater. Hinc quoque ipſa veritas dicit: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequentur. Eſto te ergo miſericordes, quia & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Paulus Apoſtolus dicit: Gauiſus ſum in Dño vehementer, quoniam tandẽ aliquando refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſenſeratis, occupati autem eratis, nõ quaſi propter

Ion. 2. d. *Pſal. 144.* *Iob. 6. c* *Tobi. 14. c.* *Pſalm. 108* *Prou. 20. d* *Ibid. 21. a.* *Ibid. c.* *Eccl. 4 b* *Matth. 5* *Luc. 6. f.* *Philip. 4. b*

pter penuriam dico. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio humiliari, ſcio & abundare, vbiq; & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me cōfortat, verumtamen bene feciſtis cōmunicantes tribulationi meæ. Iacobus Apoſtolus dicit: Iudicium ei ſine miſericordia, qui nō facit miſericordiā. Super- *Iaco.2.c* exaltat autem miſericordia iudicium.

DE PATIENTIA ET CONSTANTIA.

Dominus per Eſaiam prophetam præcepit, XXIIII dicens: Confortate manus diſſolutas, & ge *Eſai.35.b.* nua debilia roborate. Dicite puſillanimes: Confortamini, & nolite timere, ecce Deus veſter vltionē adducet retributionis, Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos. Qui dat laſſo virtutem, & his *Ibid.40.g* qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Hinc Hieremias ait: Scio Dñe, quia non eſt *Ierem.10.d* in hominis poteſtate via eius, nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Corripe me Dñe, verūtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilū redigas me. Naum quoq; pro- *Naum.1.a* pheta ait: Dñs patiēs & magnus fortitudine, & mundans, non faciet innocētem. Ante faciem indignationis eius, quis ſtabit, & quis reſiſtet *Ibidem.6.* in ira furoris eius? Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſciet ſperantes in ſe. Pſalmiſta verò dicit: Supra dorſum meū fabricauerunt peccatores. Dominus iuſtus concidet *Pſalm.128.* ceruices peccatorū. Propter verba labiorū tuo-

rum ego cuſtodiui vias duras. Tranſiuimus per
Ibid.16. ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigeriũ.
Ibid.65.
Iob.5. In Iob quoq; ſcriptum eſt: Homo ad laborem
Ibid.7. naſcitur, & auis ad volandũ. Militia eſt vita ho
Ibidem.5. minis ſuper terrã, & ſicut dies mercenarij dies
eius. Beatus homo qui corripitur à Dño. Increpationem ergo Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat & medetur, percutit, & manus eius
Pſal.34 ſanabunt. Hinc Pſalmiſta ait: Vim faciebant, qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates. Ego autem velut ſurdus non audiebam, & ſicut mutus qui nõ aperuit os ſuum. Salomõ quo-
Prou.36 que dicit: Diſciplinam fili ne abijcias, nec deficias, cum ab eo corripieris. Quem enim
Ibidem. diligit Dominus corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. Qui patiens, eſt multa gu
Heb 12.
Pro. 14. bernatur prudentia, qui autem impatiens eſt
Ibid. 16.d. exaltat ſtultitiam ſuam. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animæ ſuæ expugnatore vrbium. Hinc item Sapientia dicit: Vę his
Eccle.25.
Ibid.5.c qui perdiderunt ſuſtinẽtiam, qui dereliquerunt vias rectas & diuerterũt in vias prauas. Eſto firmus in via Dei, & in veritate ſenſus tui & ſcientia, & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ.
Matth.5 Dominus quoq; dicit in Euangelio: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint vos homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

lis. Audiſtis quia dictum eſt: Oculum pro oculo, dentem pro dente, Ego autem dico vobis: *Ibidem.*
Non reſiſtite malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille paſſus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei, & volenti mutuare à te ne auertaris. Cauete autem ab hominibus, tradẽt enim vos in cõcilijs, & in ſynagogis *Ibid. 10. b.*
ſuis flagellabunt vos, & morte afficient ex vobis. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. In patientia poſsidete animas veſtras. Paulus Apoſtolus dicit: Rogamus autem *Luc. 21. d.*
vos fratres, corripite inquietos, conſolamini *1. Teſ. 5. c.*
puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote in omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini inuicem, & in omnes. Semper gaudete, & ſine intermiſsione orate, in omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſsionem. Iacobus verò Apoſto- *Heb. 10. g.*
lus dicit: Patientes igitur eſtote vſq; ad aduen- *Iacob. 5. b*
tum Domini. Ecce agricola expectat fructum precioſum terræ, patienter ferens donec accipiat temporarium, & ſerotinum. Patientes eſtote & confirmate corda veſtra, quoniam aduentus appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam aſsiſtit, exemplum accipite fratres

laboris

laboris & patientiæ prophetas qui locuti ſunt in nomine Domini. Petrus quoq; apoſtolus
1.Pet.4 dicit: Nemo autem veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.

DE POENITENTIA AGENDA.

XXV. Eſai.1. Loquitur Dominus per Eſaiam prophetam ita dicens: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſè, Diſcite bene facere. Quęrite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos,
Hiere.2 quia os Domini locutum eſt. Per Hieremiam quoq; dicit: Scito & vide quia malum & amarum eſt dereliquiſſe te Dominũ Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te, dicit Domi-
Ibidem, nus exercituum. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam? Ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris: Non peccaui. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. Frons mulie-
Ibid.3.b ris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltem amodo voca me. Vulgo dicitur: Si
Ibid.a dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad

eam

eam vltra? Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repentè vaſtator veniet ſuper te, repentè loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eã, agã & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem, & ſubito loquar de gente & regno vt ędificem & plantem illud. Si autem fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerem eis. Reuertatur enim vnuſquiſque à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra. Per Iohelem quoq; dicit Dñs: Cõuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, & in plãctu, & ſcindite corda veſtra, & nõ veſtimẽta veſtra, & cõuertimini ad Dñm Deum veſtrũ, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, præſtabilis ſuper malitia. Tobias quoq; dixit: Cõuertimini itaq; peccatores, & facite iuſtitiã coram Deo, credentes quod faciat vobiſcum miſericordiam ſuã. Et Dauid dixit: Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit. Per Sapientiam quoq; dicitur: Fili mi, peccaſti multum, ne adijcias iterum, ſed & de priſtinis deprecare

Ibid.6.g *Ibid.18.b* *Ibidem. b.* *Ioel.2.c.* *Tob.13.b* *Pſal.33* *Ibid.50* *Eccl. 21. a.*

deprecare vt tibi dimittantur, quaſi à facie colu
Ibid.20.a bri fuge peccata. Quã bonũ eſt correptũ mani-
feſtare pœnitentiã, ſic enim effugies volũtariũ
Ibid.19.b peccatũ. Qui peccat in animã ſuam,pœnitebit,
& qui iocundatur in malitia, dehoneſtabitur.
Ibid.34.d Qui baptiſatur à mortuo, & iterũ tangit illum,
quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiu-
nat in peccatis ſuis,& iterũ eadẽ faciẽs quid pro
ficit humiliãdo ſe? orationẽ illius quis exaudiet?
Ibid.35.a. Beneplacitũ Dño recedere ab iniquitate, & de-
precatio pro peccatis recedere ab iniuſtitia.Dñs
Matth.4.c verò dicit in Euãgelio:Pœnitentiã agite,appro-
Matth.5 pinquabit enim regnũ cœlorũ. Beati qui lugẽt
nunc,quoniã ipſi cõſolabuntur.Non eſt opus
Ibid.9.b. valẽtibus medico,ſed malè habẽtibus.Eũtes au
Oſeæ.6. tẽ diſcite,quid eſt miſericordiã volo,& nõ ſacri
ficiũ. Nõ enim veni vocare iuſtos,ſed peccato-
res.Facite ergo fructus dignos pœnitẽtię.Gau-
Luc.3. dium erit corã angelis Dei ſuper vno peccatore
Ibid.15. pœnitentiã agẽte. Dico aũt vobis, ꝙ ita gaudiũ
erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽ
te,ꝗ̃ ſuper nonaginta nouẽ iuſtis,qui non indi-
gent pœnitẽtia.Paulus quoq; Apoſtolus dixit:
1.Cor.5.c. Scripſi vobis in Epiſtola,Ne cõmiſceamini for
nicarijs,nõ vtiq; fornicarijs huius mũdi,aut aua
ris,aut rapacib9,aut idolis ſeruiẽtibus, alioquin
debueratis de hoc mũdo exijſſe.Nũc autẽ ſcrip
ſi vobis:Si is qui frater nominatur inter vos,eſt
fornicator,aut auarus,aut idolis ſeruiẽs,aut ma
ledicus,aut ebrioſus, aut rapax, cũ huiuſmodi
nec cibũ ſumere,tradere huiuſmodi in interitũ
2.Cor.2.b carnis,vt ſpiritus ſaluus ſit in die Dñi noſtri Ie-
ſu Chri-

ſu Chriſti. Si quis autē contriſtauit me, nō me cōtriſtauit, ſed ex parte vt nō onerē omnes vos. Sufficit illi qui huiuſmodi eſt obiurgatio hæc quę fit à pluribus, ita vt ecōtra magis donetis & cōſolemini, ne abūdantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos, vt cōfirmetis in illū charitatē. Ideo enim ſcripſi vobis, vt cognoſcā experimētum veſtrū, an in omnibus obediētes ſitis, cui autē aliquid donaſtis, & ego. Nam ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, vt nō circunueniamur à Sathana. Nō enim ignoramus cogitationes eius. Iacobus verò Apoſtolus dicit: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quā repromiſit Deus diligentibus ſe. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicē, vt ſaluemini. Si quis ex vobis errauerit à veritate, & cōuerterit quis eū ſcire debet, quoniam qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animā eius à morte, & operit multitudinē peccatorū. Petrus quoq; Apoſtolus dicit: Si enim refugiētes coinquinationes mūdi in cognitiōe Dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati, ſuperātur, facta ſunt poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis nō cognoſcere viā iuſtitiæ, quā poſt agnitionē retrorſum cōuerti ab eo, q; illis traditū eſt ſancto mandato. Cōtigit enim illis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuū vomitū, & ſus lota in volutabro luti. Pœnitemini igitur, & cōuertimini, vt deleātur peccata vēſtra. Ioānes verò Apoſtolus ait:

Iacob.1.b *Ibid.5.d* *Ibidem.* *2.Pet.2.d.* *Prou.26.b.* *Acto.3.c* *Luc.23.c.*

1.Ioam.d. ait: Si dixerimus quoniam peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Si confitemur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, &
Ibid.2.a emundet nos ab omni iniquitate. Aduocatum habemus apud Deum patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

XXVI. DE ELEEMOSYNA DANDA.

Deute. 15.b

MAndat Dñs per Moyſen, ita dicens: Si aliquis de fratribus tuis ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuũ, quo eum indigere perſpexeris, ne clamet cõtra te ad Dominũ, & fiat tibi in peccatum, ſed dabis ei, nec ages quippiam callidè in eius neceſsitatibus ſubleuandis, vt benedicat tibi Do-
Danl. 4.e minus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miſeris. Daniel quoque ad Nabuchodonoſor ait: Conſiliũ meum ô Rex placeat tibi, & peccata tua Eleemoſynis redi-
Tob.4.b me, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitã ignoſcet Deus delictis tuis. Tobias quidem dicit: Ex ſubſtantia tua fac Eleemoſynã, & noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Dñi. Quomodo potueris, ita eſto miſericors, ſi multũ tibi fuerit, abundãter tribue, & ſi exiguũ fuerit, etiam exiguũ libenter impartire ſtude. Præmiũ enim

bonum tibi theſaurizas in die neceſsitatis, quo niam Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corã ſummo Deo Eleemoſyna omnibus facientibus eam. Et Dauid ait: *Pſal.40* Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus. Salomon quoq; dicit: Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: qui autẽ miſeretur pauperis, beatus *Pro.14.c* erit. Miſericordia & veritate redimitur iniqui- *Ibid.16.b* tas. Fœneratur Domino qui miſeretur paupe- *Ibid.19.c* ris, & viciſsitudinem reddet ei. Qui obturat *Ibid.21.b* aurem ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clama *Ibid.22.b* bit & non exaudietur. Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. De panibus enim ſuis dedit pauperi. Hinc Sapientia dicit: Fili elee *Eccl.4.a* moſynam pauperis ne defraudes & oculos tuos ne auertas à paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Ignem ardentem extinguit aqua, & *Ibid.3.d* Eleemoſyna reſiſtit peccatis. Dominus quoque dicit in Euangelio: Date Eleemoſynam & ecce *Luc.11.f* munda ſunt vobis omnia. Cum ergo facis Elee *Matth.6.a.* moſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Tu autem faciente Eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Hinc Ioannes Baptiſta: Qui habet inquit duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſi- *Luc.3.c.*

2.Cor.9.a. militer faciat. Paulus vero Apoſtolus dicit: De miniſterio quod fit in ſanctos ex abũdanti eſt mihi ſcribere vobis, ſcio enim promptum animum veſtrum, nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum promptus eſt voluntatis ita Ibid.8.e ſit perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet, accepta eſt non ſecundum id quod non habet. Ibid.9.b. Hilarem enim datorem diligit Deus. Qui par- Eccl.35.b cè ſeminat parcè & metet, Et qui ſeminat in Ibidem. benedictionibus de benedictionibus & metet vitam æternam. Potens eſt autem Deus om- Ibidme. nem gratiam abundare facere in vobis vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum ſicut ſcri- Pſal.111. ptum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

DE DECIMIS REDDENDIS.

XXVII

Exod.22.d. Dominus præcipit in lege dicens: Decimas Ibid.23 c. tuas & primitias non tardabis offerre. Pri- Deut.12.c. mitias frugum terræ tuæ deferas in domum Domini Dei tui. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui. Primogenita armentorum, & pecora, & omnia quæ voueris & ſpontè offerre volueris, & pri- Ibid.12.e mitias manuum tuarum. Caue ne derelinquas Leuitem omni tempore quo verſaris in terra. Ibid.14.c. Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis, quæ naſcuntur in terra per ſingulos annos Decimam frumenti tui, & vini, & olei. Primogenita de armentis & ouibus tuis, vt diſcas timere

mere Dominum Deum tuum in omni tempo re. Caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in poſſeſsione tua. In Malachia *Malac. 3. b* quoque ſcriptum eſt: Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, ait Dominus exercituum. Et dixiſtis: In quo reuertemur? Si fraudat homo Deũ, quia vos confraudaſtis me. Et dixiſtis: In quo fraudauimus te? In decimis & in primitijs. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me vos confixiſtis gens tota. Et inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, ſi non aperuero vobis catharactas cœli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gẽtes, & videbitis quid ſit iuſtũ, & inter impiũ, *Ibidem. d.* & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei. Orietur vobis timentibus nomen Domini, ſol *Ibid. 4. a* iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. Dauid quoq; dicit: Manibus meis Dominum exquiſiui. Ele- *Pſalm. 140* uatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum. *Pſal. 55.* In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Salomon quoque ait: Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs om- *Prou. 3. b.* nium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt. Docet nos Sapientia, dicens: In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica. *Eccl. 2. d* Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offers, & initia ſanctorum & pau-

peri porrige manum tuam, vt perficiatur propiciatio tua, gratia datus in conſpectu omnis viuentis. Dominus in Euangelio Scribit & Phariſæis ait: Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentam & anetum, & ciminum, & reliquiſtis quæ maiora ſunt. Legis iudicium & miſericordiam & fidem, hæc oportuit facere, & illa nō omittere. Paulus verò Apoſtolus dicit: Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vinam, & de fructu eius nō edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis nō manducat? Nunquid ſecundùm hominē dico hæc? an & lex hæc nō dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Nō alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos hæc dicit? Vtiq; propter nos ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe qui arat, arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiēdi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnū eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus.

Matt.23.b. *Luc.11.f* *1.Cor.9.a* *Deu.25.b* *1.Thim.5.c*

DE INDVLGENTIA PECCATORVM.

XXVIII. OSeas quoq; dicit: Conuertere Iſraël ad Dominum Deū tuum, quoniā corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcū verba, & cōuertimini ad Dominum. Dicite ei: Omnē aufer iniquitatem, accipe bonū, & reddemus vitulos labiorum noſtrorū. Dauid quoq; ait: Exurgentes teſtes iniqui, qui retribuebant mihi mala pro bonis. Ego autem dum mihi moleſti eſſent induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Et oratio mea in ſinum meum cō uerteur. Sapientia quoq; dicit: Nō ſequaris cō-cupi-

Oseæ.14.a. *Psal.34.*

cupiſcentiã cordis tui, & ne dixeris: Quomodo *Eccle.5.*
potui? aut quis me ſubijciet propter facta mea?
Deus vindicãs, vindicabit. Ne dixeris, peccaui,
& quid accidit mihi triſte. Altiſsimus enim eſt
patiens redditor. De propitiato peccato noli
eſſe ſine metu, neq; adijcias peccatum ſuper pec
catum, & ne dicas: Miſericordia Dei magna eſt,
multitudini peccatorum meorum miſerebitur.
Miſericordia enim & ira ab illo citò proximãt,
& in peccatores reſpicit ira illius. Non tardas
conuerti ad Dominum, & ne differas de die in
diem, ſubitò enim veniet ira illius, & in tẽpore
vindictæ diſperdet te. Omnis iniuriæ proximi
ne memineris, & nihil agas in operibus iniu-
riæ. Qui vindicari vult à Deo, inueniet vindictã, *Ibid.10.*
& peccata illius ſeruãs, ſeruabit. Relinque proxi *Ibid.28.*
mo tuo nocenti te, & deprecantẽ tunc tibi pec
cata ſoluentur. Homo homini ſeruat iram, & à
Deo quærit medelam: & in hominẽ ſimilẽ ſibi
non habet, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe
dum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationẽ pe-
tit à Deo, quis exorabit pro delictis ſuis? memẽ
to nouiſsimorum, & deſine inimicari. Memo-
rare timorẽ Dei, & nõ iraſcaris proximo. Memo
rare teſtamentũ Altiſsimi, & noli deſpicere igno
rantiã proximi. Abſtine te à lite, & minues pec-
cata. Dñs verò dicit in Euangelio: Si ergo offers *Matth.5*
munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris,
quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, re-
linque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius
reconciliari fratri tuo, & tunc veniẽs offers mu-
nus tuum. Cũ ſtabitis ad orandum, dimittite ſi *Mar.11.*

Marc.11. quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater ve-
ſter qui in cœlis eſt dimittat vobis peccata ve-
Matth.6 ſtra. Si etenim dimiſeritis hominibus peccata eo
rũ, dimittet vobis pater veſter cœleſtis delicta ve
ſtra. Si enim nõ dimiſeritis hominibus, nec pa-
ter veſter dimittet peccata veſtra. Tũc accedens
Matth.18. Petrus ad eũ dixit: Domine quotiens peccauit
Luc.17 in me frater meus, & dimittã ei vſq; ſepties? Di-
cit illi Ieſus: Nõ dico tibi vſq; ſepties, ſed vſque
Eph.4 ſeptuageſies ſepties. Paulus quoq; Apoſtolus di
cit: Veritatem autem faciẽtes in charitate creſca-
mus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus,
cum omni humilitate & mãſuetudine, cum pa-
tientia, ſupportantes inuicẽ in charitate ſolicitè
ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

XXIX DE DIVITIBVS.

Hire.6. PEr Hieremiam Dñs dicit: Ecce verbũ Dñi fa
Ibid.16. ctũ eſt eis in opprobrium, & nõ ſuſcipiũt il-
Ibidem.5 lud. Oſtendã manũ meã ſuper habitantes terrã.
Indurauerũt facies ſuas ſupra petrã, & noluerũt
reuerti. Ego aũt dixi, forſitan pauperes ſunt &
ſtulti, ignorantes viã Dñi, iudiciũ Dei ſui. Ibo
igitur ad optimates, & loquar eis. Ipſi enim co-
gnouerũt viã Dñi, iudiciũ Dei ſui, & ecce magis
hi ſimul cõfregerunt iugũ, ruperunt vincula. Id
circo percuſsit eos leo de ſylua, & lupus ad ve-
ſperam vaſtauit eos. Magnificati ſunt, & ditati,
& incraſſati ſunt, & impinguati, & præterierũt
ſermones meos peſsimè. Cauſam non iudicaue
runt, cauſam pupilli non dixerunt, & iudicium
pauperis nõ iudicauerunt. Nunquid ſuper his
non viſitabo, dicit Dominus? Aut ſuper gẽtem
huiuſce-

huiuſcemodi nõ vlciſcetur anima mea? Væ qui *Ibid.22*
ædificat domũ ſuã in iniuſtitia,& cubicula ſua non in iudicio. Amicum ſuum opprimet fruſtra,& mercedẽ eius non reddet ei,qui dicit:Edificabo mihi domum latã, & cubicula ſpacioſa. Amos quoq; dicit: Væ qui opulẽti eſtis in Syõ, *Amos.9*
& cõfiditis in mõte Samariæ.Optimates capita populorũ ingrediẽtes põpaticè domum Iſraël. Qui ſeparati eſtis in diẽ malũ, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis,& laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis agnũ de grege,& vitulos de medio armẽti. Qui canitis ad vocẽ pſalterij,ſicut Dauid,bibẽtes. Au *Ibidem.8.*
dite hoc qui cõteritis pauperẽ,& deficere feceritis egenos terræ, dicẽtes: Quãdo trãſierit meſſis & venũdabim⁹ merces,& aperiemus frumentũ, & minuemus menſurã, vt augeam⁹ ſiclũ,& ſupponamus ſtateras doloſas,vt poſſideamus in argẽto egenos,& pauperes ꝓ calceamẽtis,& quiſquilias frumẽti vẽdamus? Iurauit Dñs in ſuperbiã Iacob: Si oblitus fuero vſq; ad finem omnia opera eorũ. Nunquid ſuper iſto nõ cõmouebitur terra,& lugebit omnis habitator eius? Auaritia enim in capite omniũ, & nouiſſimum eo- *Ibidem. 9.*
rum in gladio interficiam. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabit,& non veniet ſuper nos malũ. Abacuc quoq; dicit: Væ qui multiplicat nõ ſua vſquequo,& aggrauat contra ſe dẽſum *Abac.2*
lutum? Væ qui congregat auaritiam malã domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Pſalmiſta quoque dicit:

Pſal.61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Diuites
Ibid.33. eguerunt, & eſurierunt, inquirentes autē Domi
num, non deficient omni bono. Melius eſt mo
dicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas.
Iob.4. In Iob quoq; ſcriptum eſt: Qui terrenum habēt
fundamentum, conſumentur velut tinea. Du-
Ibid.21. cunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernū
deſcendunt, qui dixerunt Domino Deo: recede
à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.
Ibid.19. Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniqui
tatum gladius, & ſcitote eſſe iudiciū. Diues cū
Ibid.27. dormierit, nihil ſecum auferet. Aperit oculos
ſuos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quaſi
aqua inopia, nocte opprimet eum tēpeſtas. Sa-
Prouer.5. lomon quoq; dicit: Nō proderunt theſauri im
pietatis, iuſtitia verò liberat à morte. Noli labo
Ibid.23. rare vt diteris, ſed prudentię tuę pone modum.
Ne erigas oculos ad opes, quas non potes habe
re. Eccleſiaſtes quoq; dicit: Auarus non imple-
Eccl.5. tur pecunia, & qui amat diuitias fructus nō ca
pit ex eis. Diuitiæ ſeruatæ in malū Domini ſui,
pereunt enim afflictione peſsima. Eſt & aliud
Ibid.6. malum quod vidi ſub ſole, & quidem frequēs
apud homines. Vir cui Deus dedit diuitias, &
ſubſtantiam & honorem, & nihil deeſt animæ
eius, ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei
poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed homo
extraneus vorabit illud. Omnis labor hominis
in ore eius, ſed anima illius nō implebitur, quid
habet amplius ſapiēs ſtulto? & quid pauper, ni-
Eccl.5. ſi vt pergat illuc vbi eſt vita? Item Sapientia di-
cit: Noli attēdere ad poſſeſsiones iniquas, & di-

xeris

xeris: Eſt mihi ſufficiens vita. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictę. Dominus verò dicit in Euangelio: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, et vbi fures effodiũt & furantur. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neq; erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non furantur. Vbi enim theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur, animæ verò ſuæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis, & tũc reddet vnicuiq; ſecundum opera eius. Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt? Difficile eſt cõfidentes in pecunijs in regnum Dei introire. Facilius eſt Camelo per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationẽ veſtrã. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Paulus quoq: Apoſtolus dicit: Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublimè ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarũ, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundãter ad fruendũ. Bene agere, diuites fieri in bonis operibus facilè tribuere, cõmunicare, theſauriſare ſibi fundamentum bonũ in futurũ, vt apprehendãt vitã æternam. Eſt aũt quæſtus magnus pietas cũ ſufficiẽtia. Nihil enim intulimus in hũc mũdũ, haud dubiũ quia nec auferre quid poſſimus. Habẽtes aũt alimẽ-

Matth.6. *Ibid.16* *Matth.19.* *Lucæ.8.* *Marc.10* *Luc.6.* *Amos.6.* *1.Tim.6*

ta, ex quibus tegamur, his contenti ſumus. Nã qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtatio nẽ & laqueũ Diaboli, & deſideria multa inuti lia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium ma lorum eſt cupiditas. Quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem homo Dei hæc fuge, ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen, apprehende vitam æternam.

Iacob.5. Iacobus quoq; Apoſtolus dicit: Agite nunc diuites, plorate, vlulãtes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, aurum & argentum veſtrum ęruginauit, & ęru go eorum in teſtimonium vobis erit, & mãdu cabit carnes veſtras, ſicut ignis. Theſauriſaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus. Ecce merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, qui fraudati ſunt à vobis clamant, & clamor ipſorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutri tis corda veſtra.

XXX DE PLEBE GENERALI.

Eccl.18. Per Ezechielem Dominus dicit: Ecce omnes animæ meæ ſunt, vt anima patris, ita & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Et iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper

ſuper eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit vniuerſa præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur. Omnem iniquitatem eius quas operatus eſt, non recordabor in iuſtitia ſua quam operatus eſt viuet. Nunquid volũtatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à uijs ſuis, & viuat? ſi autẽ auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatẽ ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat non recordabantur in præuaricatione, qua preuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Et dixiſtis: Non eſt æqua via Domini. Audite domus Iſrael: Nunquid via mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Cum enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iniuſtitia quam operatus eſt morietur. Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans enim & auertẽs ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet, & non morietur. Quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis dicit Dominus Deus Aggæus quoq; dicit: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multum & intuli- *Agge.1.* *Deut.28*
ſtis parũ. Comediſtis & non eſtis ſaturati, bibi- *Mich.6.*
ſtis & nõ eſtis inebriati. Operuiſtis vos & non eſtis calefacti, & qui mercedes congregauit miſit eas

Zacha.1 ſit eas in ſacrum pertuſum. Zacharias prophe-
ta ex perſona Domini dicit: Ego iratus ſum pa
Ibid.5. rum, ipſi verò addiderunt in malum. Omnis
fur iudicabitur, & omnis iurans mendaciter ſi-
militer iudicabitur. Per pſalmiſtam quoq; Do-
Pſal.77. minus dicit: Attendite populus meus legem
meam, inclinate aurem veſtram in verba oris
Ibid.144. mei. Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe,
& omnes peccatores diſperdet. Benedicat om-
nis caro nomẽ ſanctum eius in æternum, nunc
& in ſeculum ſeculi. Dominus vero dicit in
Matth.19. Euangelio: Si vis ad vitam ingredi, ſerua man-
Mar.10.
Luc.18. data. Non homicidium facies, non adulterabis,
non furtũ facies, nõ falſum teſtimonium dicas.
Honora patrem & matrem, Diliges proxi-
Luca.3. mum tuum ſicut teipſum. Neminem concu-
tiatis, neque calumniam faciatis, & contenti
eſtote ſtipendijs veſtris. Doctor quoque gen-
Rom.13. tium iubet & dicit: Omnis anima poteſtatibus
ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ eſt enim poteſtas
niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata
ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati Dei ordinatio-
ni reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damna-
tionem acquirunt. Nam principes non ſunt ti-
mori boni operis, ſed mali. Vis autem non time
re poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem
ex illa. Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut opor
Epheſ.5. tet in Domino. Viri diligite vxores veſtras &
Coloſ.3. nolite eſſe amari ad illas.

XXXI DE DOMINIS.

Exod.22 Zacharias propheta dicit: Hæc dicit Domi-
Zach.7. nus exercituũ; Iudicate iudiciũ verum &
miſeri-

miſericordiam, & meſerationes facite vnuſquiſ que cum fratre ſuo. Viduam & pupillum & ad uenam & pauperem nolite calumniari. Et vir fratri ſuo non cogitet malum in corde ſuo. Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Veritatem & iudicium pacis, iudicate in portis veſtris, & iuramentum mendacij ne dicatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odiui dicit Dominus: Cõuertimini ad me, dicit Dominus, & ego conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Anna quoq; in libro Regum ait: Dominus iudicat fines terræ, & dabit imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. In Iob quoq; ſcriptum eſt: Dominus non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrannum, cum diſceptaret contra pauperem. Opus manuum eius ſunt vniuerſi qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Deus potens non abijcit cũ & ipſe ſit potens, & non ſaluat impios, ſed iudicium pauperibus tribuet. Sapientia quoq; dicit: Noli eſſe ſicut leo in domo tua, vt auertas domeſticos tuos, & opprimas ſubiectos tibi. Non ſit porrecta manus ad accipiẽdum & ad dandum collecta. Noli eſſe citatus in lingua tua, & inutilis & remiſſus in operibus tuis. Non ventiles omnem ventum, & non eas in omnem viam, ſic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto manſuetus ad audiendum verbum vt intelligas, & cum ſapientia fer reſponſum verum. Dominus vero dicit in Euangelio: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis, & cognoſce-

Ibid.8 *Ibid.1.* *1.Reg.2.* *Iob.34.* *Coloſ.3.* *Act.10.* *Iob.36.* *Eccle.4.* *Ibid.5* *Ioan.8.*

cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Omnis qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati, ſeruus autem nõ manet in domo in æternũ,filius autem manet in æternum. Si ergo filius vos li-
Matth.24. berauerit,verè liberi eritis. Fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam vt det illis in tempore cibum. Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit Dominus meus venire & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducat autem & bibit cum ebrijs, veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium. Paulus quoq; Apoſtolus dicit: Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant, educate illos in diſciplina & correptione Domini, Domini quod iuſtum eſt & æquum ſeruis præſtate, ſcientes quod & vos Dominum habetis in cœlo.

DE PAVPERIBVS SIVE SERVIS.

Sapientia quoq; dicit: Seruus ſenſatus dominabitur filijs ſtultis. Non lædas ſeruum operantem in veritate, neq; mercenarium dantem animam ſuam. Seruus ſenſatus dilectus ſit tibi quaſi anima tua, nõ defraudes illũ libertate, neq; inopẽ derelinquas illũ. Si eſt tibi ſeruus, ſit tibi quaſi anima tua, quaſi fratrẽ ſic eũ tracta, quoniam in ſanguine animæ cõparaſti illum, ſi lęſeris

eum

eum iniuſtè conuertetur, verũ ſi in iudicio nihil facias graue. Seruo maleuolo tortura & cõpedes mitte illũ in operationẽ ne vacet. Multam enim malitiã docuit otioſitas. In opere conſtitue eũ, ſic eum cõdecet. Quod ſi nõ obedierit, graua illum cõpedibus, quia iugum & lorũ cor ruant collũ durum & ſeruũ inclinant operatio nes aſsiduæ. Dominus dicit in Euangelio: Qui *Matth.* 10.
recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Quamdiu feciſtis vni de his minimis fratribus meis, mhi feciſtis. Quicun- *Mar.* 9.
que potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. 1. *Cor.* 7
Paulus quoque apoſtolus dicit: Vnuſquiſque *Epheſ.* 4
in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed ſi potes liber fieri magis vtere. Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini, ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Pretio enim empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum, vnuſquiſque in quo vocatus eſt frater *Iac.* 2.
in hoc permaneat apud Deum. Iacobus vero apoſtolus dicit: Nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Nõne Deus elegit pauperes in hoc mun do, diuites in fide & hæredes regni quod repro miſit Deus diligentibus ſe? Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per poten- *Deu.* 19.
tiam opprimunt vos? Si autem perſonas accipitis peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores legis.

DE AEQVITATE IVDICII.

XXXIII. *Leuit.19. & 24.* LOquitur Dominus per Moyſen, dicens: Non facies calumniam proximo tuo, nec
Deut.24. vi opprimas eum. Non morabitur opus mercenarij tui vſq; mane. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. Nec conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuſtè iudica proximo tuo, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarũ. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſ-
Deut.1. quam perſonam, quia Dei iudiciũ eſt. Non oc-
Ibid.24. cidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; pro ſuo peccato morietur. Non peruertes iudiciũ aduenæ, & pupilli, nec auferes
Ibid.25. pignoris loco, viduæ veſtimentum. Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem impium condemnabunt impietatis. Sin autẽ eum qui peccauit dignum viderint plagis: proſternent, & coram ſe facient verberari. Pro menſura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat vt quadragenarium numerum non excedant. Ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Per Hieremiam verò
Hiere. 22. Dominus præcepit, dicens: Facite iudiciũ & iuſticiã, & liberate vi oppreſſum de manu calũniatoris, & aduenam & pupillũ & viduam nolite cõtriſtare, neq; opprimatis iniquè, & ſanguinẽ innocentẽ ne effuderitis in loco iſto. Si enim facientes feceritis verbum iſtud, ingredientur per portas domus huius Reges, ſedentes de genere

Dauid ſuper thronũ eius,& aſcendentes currus & equos, ipſi & ſerui & populus eorũ. Quod ſi nõ audieritis verba hęc per memetipſum iura ui dicit Dñs, quia in ſolitudinẽ erit domus hęc. Dauid autem de Domino dicit: Iudicabit orbẽ *Pſalm.97.* terræ in æquitate & populos in veritate ſua. *Ibid.57.* Iuſtè iudicate filij hominum. In Iob quoque *Iob.34.* ſcriptum eſt: Abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet. Sapientia quoq; dicit: Audite ergo Reges, & in- *Sapi.6.* telligite, diſcite iudices finiũ terræ. Prębete aures vos qui cõtinetis multitudines & placetis vobis, in turbis nationũ quoniam data eſt à Dño poteſtas vobis & virtus ab altiſsimo qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Quoniã cùm eſſetis miniſtri regni illius, nõ rectè iudicaſtis, neq; cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neq; ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè & cito apparebit vobis quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſq; Deus, nec verebitur magnitudinem cuiuſq; Deus, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura illi eſt de omnibus. Dominus quoq; dicit in Euangelio: Nolite iudicare vt non iudicemini, *Matth.7* in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimi- *Luc.6.* ni. Et in qua menſura mẽſi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?

Aut quomodo dicis fratri tuo, ſine eijciá feſtu cá de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita eijce primum trabé de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucá de oculo fratris tui.

Ioan.7. Nolite iudicare ſecundũ faciẽ, ſed iuſto iudicio

1.Cor.6. iudicate. Paulus verò Apoſtolus dicit: Audet aliquis veſtrũ habens negotiũ aduerſus alterũ iudicari apud iniquos & nõ apud ſanctos? An neſcitis quoniã ſancti de hoc mũdo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mũdus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis. Neſcitis quoniá angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſiã, illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecũdiam veſtram dico: Si non eſt inter vos ſapiens quiſquam qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum? ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis fraudem patimini? ſed vos iniuriam facitis & fraudatis & hoc fratribus.

DE VOTO QVOD DEO PROMITTITVR.

XXXIIII. *Deut.23.* Loquitur Dominus per Moyſen in lege ita dicens: Cum voueris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri abſq; peccato eris. Quod auté ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Dño Deo tuo. Propria voluntate ex

ore

ore locutus es. Hinc pſalmiſta dicit: Vouete, & reddite Dño Deo veſtro. Admonet nos etiã Sapiẽtia, & dicit: Fili, ſi habes, bene fac tecũ, et Deo dignas oblationes offer. Memor eſto quoniam mors nõ tardat, & teſtamentũ inferorũ, quia demonſtratũ eſt tibi. Teſtamentũ enim huius mũdi morte morietur. Iuſtifica animã tuã ante obitum tuũ. Operare iuſtitiã, quoniã nõ eſt apud inferos inuenire cibũ. Omnis caro ſicut fœnũ veteraſcet, & ſicut foliũ fructificans in arbore viridi. Dñs quippe dicit in Euãgelio: Qui eſt ex Deo, verba Dei audit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorabit eum pater meus. Vigilate itaque, quia neſcitis diẽ neq; horã, qua Dñs veſter venturus ſit. Paulus quoq; apoſtolus dicit: Igitur ſi cõſurrexiſtis cũ Chriſto, quę ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs. Quæ ſurſum ſunt, ſapite, nõ quæ ſuper terram, mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cũ enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tũc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria. Mortificate igitur mẽbra veſtra, quæ ſunt ſuper terrã, fornicationẽ, immundiciã, libidinẽ, cõcupiſcẽtiã malã, & auaritiã, quę eſt ſimulachrorũ ſeruitus. Nolite mentiri inuicẽ, expoliantes vos veterem hominẽ cum actibus ſuis, induite nouum eum, qui renouatur in agnitionem, ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eũ. Induite ergo vos ſicut electi Dei, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humanitatẽ, modeſtiã, patientiã, ſupportantes inuicẽ & donãtes vobiſmetipſis. Si quis aduerſus aliquẽ habet querelã,

Pſal.75. *Eccle.14.* *Ioan.8.* *Ibid.12.* *Matth.24* *Marc.13* *Colo.3.* *Eph.5.*

ſicut Dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem charitatem habete, quod eſt vinculũ perfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris. Petrus quoq; Apoſtolus dicit: Do
1.Pet.3. minum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti vos rationem de ea quę in vobis eſt ſpe, ſed cum modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis, cõfundantur qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto cõuerſationem. Ioannes verò Apoſtolus dicit: Beatus qui vigilat & cuſto
Apoc.16. dit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videát turpitudinem eius. Beatus & ſanctus qui habet
Ibid.20. partem in reſurrectionę prima, in his ſecunda mors non habet poteſtatem.

DE VIRGINITATE ET CASTITATE.

XXXV. SCriptũ eſt in Eſaia propheta: Hæc dicit Do
Eſa.6. minus Eunuchis, qui cuſtodierunt ſabbata mea, & elegerunt quæ volui, & tenuerũt fœdus meũ. Dabo eis in domo mea & in muris meis locũ, & nomen melius à filijs & filiabus, nomẽ ſempiternũ dabo eis, quod non peribit. Veniat
Ibid.57. pax, requieſcat in cubiculo ſuo, qui ambulauit in dilectione ſua. Per Hieremiam quoque Dñs
Hierem 4. dicit: Laua à malitia cor tuum Ieruſalẽ, vt ſalua fias. Vſquequo morabuntur in te cogitationes
Pſal.36. noxiæ? Et Pſalmiſta ait: Nouit Dñs vias immaculatorũ, & hæreditas eorum in æternum erit.
Eccle.9. Eccleſiaſtes quoq; dicit: Omni tempore ſint ve

ſtimen-

ſtimenta tua candida, & oleũ de capite tuo nõ deficiat. In bono ſit cor tuũ in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & intuitu oculorum tuorum, & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudiciũ. Aufer irã à corde tuo, & amoue malitiam à corde tuo. Adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequã veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni diebus, de quibus dicas: Non mihi placent. Antequam tenebreſcat ſol & luna, & ſtellæ, & reuertentur nubes poſt pluuiam. Dominus verò dicit in Euangelio: Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Non omnes capiunt verbũ iſtud, qui poteſt capere, capiat. Paulus quoq; Apoſtolus dicit: De virginibus præceptum Domini nõ habeo, conſilium aũt do tanquam miſericordiam conſecutus à Dño, vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantẽ neceſsitatẽ, quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe. Aligatus es vxori, noli quærere ſolutionẽ. Præterit enim figura huius mundi. Volo vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt Dñi, quomodo placeat eo. Qui autẽ cũ vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Porrò hoc ad vtilitatẽ veſtram dico, non vt laqueum vobis inijciam, ſed & id quod honeſtũ eſt, & quod facultatẽ præbeat, ſine impedimẽto Dominũ obſecrãdi. Volo autẽ omnes homines eſſe ſicut meipſum, ſed vnuſquiſq;

Ibidem. 11.

Ibidem. 12.

Matth. 5.

Ibid. 19.

1. Cor. 7.

quiſque proprium habet donũ ex Deo. Alius quidẽ ſic,alius verò ſic. Æmulor enim vos Dei
2. Cor. 11. æmulatione. Deſpõdi enim vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto. Petrus quoq; ait:
2. Pet. 3. Adueniet autem dies Domini vt fur, in qua cœ
1. Theſ. 5 li magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur. Cũ hæc igitur omnia diſſoluenda ſint, quales oportet eſſe vos in ſanctis conuerſationibus et pietatibus, expectantes et properantes diei Domini? Per quem cœli ardentes ſoluẽtur, et elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos verò cœlos & nouã terram promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter quod chariſsimi hæc expectantes, ſatagite immaculati & inuiolati inueniri in pace.

DE CLERICIS.

XXXVI

Ezech. 33. LOquitur Dominus per Ezechielẽ, dicẽs: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cũ induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſsimis ſuis, & conſtituerit eũ ſpeculatorẽ, & ille viderit gladium venientẽ ſuper terrã, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo, audiens autem quiſquis ille eſt ſonũ buccinę, non ſe obſeruauerit, veneritq; gladius & tulerit eũ, ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonũ buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit. Si autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius

dius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem enim eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël. Audiens ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, vt ſi cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium, vt à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur. Porro tu animam tuã liberaſti. Sacerdotes mei contempſerunt legẽ meam, & polluerũt ſanctuaria mea, inter ſanctum & prophanum non habuere diſtantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt, & quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepẽ, & ſtaret oppoſitus contra me, propterea ne diſsiparem eam, & nõ inueni. Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebãt ſe metipſos. Nonne greges paſcũtur à paſtoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, et qđ craſſum erat occidebatis, gregẽ aũt meũ non paſcebatis. Quod infirmũ fuit nõ cõſolidaſtis, & quod ęgrotũ nõ ſanaſtis, qđ fractũ eſt, nõ alligaſtis, et quod abiectũ eſt, nõ reduxiſtis, quod perierat, nõ quæſijſtis, ſed cũ auſteritate imprauatis & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſſet paſtor, et factę ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, et diſperſæ ſunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, et in vniuerſo colle excelſo, et ſuper

Ibid. 22.

Ibid. 34.

omnem faciem terræ, & non erat qui requireret, & nō erat inquam qui requireret. Propterea paſtores audite verbū Dñi. Viuo ego, dicit Dñs Deus, quia pro eo q; facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meę in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo q; non eſſet paſtor, neq; enim quæſierunt paſtores gregem meū, ſed paſcebāt paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant. Propterea paſtores audite verbū Domini. Hæc dicit Dñs Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meū de manu eorum, & ceſſare eos faciam, vt vltra non paſcant paſtores ſemetipſos, & liberabo gregem meū de ore eorum, & nō erit vltra eis in eſcā. Per Malachiam
Malach.2. quoq; Dominus dicit: O ſacerdotes, ſi nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, mittam in vos egeſtatem, & maledictū pro benedictionibus, pactum meū cum Leui, dicit Dñs exercituum. Pactū vitæ & pacis cū eo fuit in pace & æquitate, ambulauit mecū, & multos auertet ab iniquitate ſua. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legē requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Hinc per Dauid dicitur: Sacerdotes tui induantur iuſtitiā, & ſancti
Pſal.131. tui lætentur, illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Diſpoſui teſtamentum meum electis meis. Sapientia quoq; dicit:
Eccl.7. In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius non derelinquas. Honora Dominum ex tota anima tua, & honorifica

rifica ſacerdotes, da illi partem ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum, & purgationis, & de negligentia purga te cum paucis. Immolantis ex iniquo, oblatio eſt immaculata. Dona iniquorum non probat altiſsimus, qui offert ſacrificia ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Dominus quoque diſcipulis dicit in Euangelio: Vos eſtis lux mundi, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Qui ergo ſoluerit vnum de mādatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Attendite vobis à Scribis, qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in cōuiuijs, qui deuorant domos viduarū, ſimulātes longam orationem. Hic accipient damnationem maiorē. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, neminem per viam ſalutaueritis. In quamcumque domum intraueritis, dicite: Pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcat ſuper illum pax veſtra. Sin autem, ad vos reuertetur. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autē me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Nō eſt ſeruus maior Dño ſuo, neq; Apoſtolus maior eo qui miſit illū. Si hæc ſcitis, beati eritis cum feceritis ea. Paulus verò Apoſtolus dicit:

Ibid.34. *Matth.5.* *Luc.10.* *Matth.10.* *Luc.10.* *Ioan.13.*

Hebr.13 Fratres mementote præpoſitorum veſtrorum qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum, conuerſationis imitamini fidem. Obedite prępoſitis veſtris & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris redditurі, vt cum gaudio hoc faciant, & non gemẽtes, hoc enim expedit vobis. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur,
1.Cor.9. quæ de ſacrario ſunt edunt, qui altario deſeruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annuntiãt de Euangelio viuere. Si quis epiſcopatum de-
1.Timo.3. ſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet ergo
Tit.1. epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Diaconos ſimiliter pudicos, nõ bilingues, non vino multo deditos, non turpe lucrum ſectantes. Habentes myſterium fidei in conſcientia pura, nullum crimen habentes. Nemo mili-
2.Timo.2 tans Deo implicat ſe terrenis negotijs, vt ei placeat cui ſe probauit, nam & qui certat in agone, non coronabitur, niſi legitimè certauerit. Petrus quoq; apoſtolus dicit: Paſcite qui in vobis
1.Pet.5. eſt gregem Dei, prouidẽtes nõ coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neq; turpis lucri gratia ſed voluntariè, neq; vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſ-

ſibilem

ſibilem coronam gloriæ. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam, in alterum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpēſatores, multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur quaſi ſermones Dei, ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus, in omnibus honorificetur Deus, per Ieſum Chriſtum. *Ibidem. 4.*

DE MONACHIS. *XXXVII.*

Mandat Dominus per Moyſen in libro Numerorum ita, dicens: Si quis virorum votum vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciat irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit. Per Eſaiam quoque ita dicit: Erit opus iuſtitiæ pax & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. Item per Hieremiam dicitur: Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. Bonū eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſuper ſe. Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs, quia non repellet in ſempiternum Dominus. Qui dilexit pedes mouere ſuos, & non quieuit, Domino non placuit. Hinc Pſalmiſta dicit: Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Deſideria cordis eorū exaudiuit auris tua. Dediſti metuētibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur electi tui. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia, vt nō peccē tibi. Eccleſiaſtes quoque

Num. 30. *Eſa. 32.* *Thre. 3.* *Hier. 14.* *Pſal 9.* *Ibidem. 59* *Pſalm. 118.*

Eccl.5. quoq; dicit: Si quid vouiſti, Domino ne more
Deuter.23. ris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta
promiſsio, ſed quodcunq; voueris redde. Multoq; melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Dominus verò dicit in
Matth.5. Euangelio: Eſtote ergo perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Attendite ne iuſti-
Ibid.6. tiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Nolite ſoliciti eſſe dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo cooperiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis. Quærite autem primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, &
Matth. 19. hæc omnia adijcientur vobis. Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni
Ibid.21. ſequere me. Vigilate itaq; omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ ventura ſunt, & ſtare ante filium hominis. A-
Ioan.16. men dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.
Ephe.6. Paulus quoq; apoſtolus dicit: State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationē Euangelij pacis. in omnibus ſumite ſcutum fidei in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, & gladium ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei. Per omnem orationem & obſecrationem orantes om

ni

ni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes, in omni inſtantia & obſecratione, pro omnibus ſanctis. Petrus quoq; apoſtolus dicit: Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuā in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorū. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. *1. Pet. 4.*

DE DERELINQVENTIBVS SECVLVM.

XXXVIII.

SApientia nos inſtruit, dicens: Non demoreris in errore impiorum. A mortuo quaſi nihil perijt. Confiteberis viuens, viuus & ſanus confiteberis, & laudabis Dominum, & glorificaberis in miſerationibus eius. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua, precare ante faciem eius, & minue offendiculum. Reuertere ad Dominū, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execrationem, & cognoſce iudicia & iuſtitias Dei, & ſta in ſorte propoſitionis & orationis altiſsimi Dei. In partes vade ſeculi ſancti. Omnis miſericordia faciet locū vnicuiq; ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius. Hinc Pſalmiſta poſtulat, dicens: Domine Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciē tuam, & ſalui erimus. Dominus dicit in Euangelio: Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros, *Eccl. 17.* *Ibid. 16.* *Pſal. 79* *Lucæ. 14.* *Matth. 19.*

propter

propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Paulus quoq; Apoſtolus dicit: Rogamus autem vos fratres, vt operam detis vt quieti ſitis, & veſtrum negotium agatis & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis. Et vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis.

1. Theſ. 4.

DE SANCTIMONIALIBVS FOEMINIS.

XXXIX.

Num. 30.

In lege Dominus taliter ſanxit: Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui & in ætate adhuc puellari. Pater ſi cognouerit votum quod pollicita eſt, & iuramentum quo obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit, quicquid pollicita eſt & iurauit, opere complebit. Sin autem ſtatim vt audierit contradixerit pater, vota & iuramenta irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit & vouerit aliquid, & ſemel verbum de ore eius egrediens, animam illius obligauerit iuramento, quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddet quodcũq; promiſerat, Si autem vouerit & iuramento ſe conſtrinxerit, vt per ieiunium vel cæterarum rerum abſtinẽtiam affligat animam ſuam, in arbitrio viri erit, vt faciat ſiue non faciat. Quodſi audiens vir tacuerit, & in alterum diem diſtulerit ſententiam, quicquid voue rat atq; promiſerat reddet, quia ſtatim vt audi-

uit,

uit tacuit. Sin autem contradixerit poſtquam reſciuit, portabit ipſe iniquitatem eius. Nam & Pſalmiſta ait: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. In Euágelio quoq; ſcriptum eſt: Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Venit ſponſus & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſsimè veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domine, Domine aperi nobis. At ille reſpondens ait: Amen dico vobis, neſcio vos, vigilate itaque quia neſcitis diem neq; horam. Paulus quoq; apoſtolus dicit: Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

*Pſal.*118 *Matth.* 25. 1.*Cor.*3. 2.*Cor.*6

COMMVNIS EXHORTATIO OMNIBVS QVI IN RELIGIONE CHRISTIANA CONSISTVNT.

XL. *Eſa.*55.

ESaias propheta dicit: Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dũ prope eſt. Derelinquat impius viam ſuá, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Dominum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Quia hęc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium, & facite

& facite iuſtitiam, quoniam iuxta eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Diſſolue
Ibid. 56. colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpe. Frange eſurienti panem tuũ, & egenos vagosq́; induc in domum tuam. Cum videris nudum, veſte operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erũpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuã iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce adſum. Si abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris digitũ extendere, & loqui quod non prodeſt. Cũ effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiẽ dabit tibi Dominus Deus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit. Mich. quoque dicit: Indicabo tibi ô homo,
Mich. 6. quid ſit bonum, aut quid Dominus Deus tuus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Sophonias nanq; dicit: Iuxta eſt dies Domini magna, iuxta eſt & velox nimis vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ,
Sopho. 1. dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos, & tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Quærite Dominum

minum Deum noſtrum omnes manſueti terræ,qui iudicium eius eſtis operati. Quærite iuſtum,quærite manſuetum, ſi quando abſcondamini in die furoris Domini. Hinc Dauid ad Dominum ait: Omnia mandata tua veritas. Vtinã dirigantur viæ meę ad cuſtodiẽdas iuſtifi *Pſal.118*
cationes tuas. Eccleſiaſtes verò dicit: Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapiens quàm neceſſe eſt,ne obſtupeſcas. Nec impiè agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo,quia qui timet Dominum,nihil negligit. Conſidera opera Domini, quod nemo poſsit colligere,quem ille deſpexerit. In die bona fruere bonis, & diem præcaue futurorum. Quodcunque poteſt manus tua facere, *Ibdem.9.* *Ecle.7*
inſtanter operare, quia nec opus nec ratio, nec ſapientia,nec ſcientia apud inferos,quo tu properas. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Dominum time, & mandata eius obſerua. Hoc eſt enim omnis homo, & cuncta quæ fiunt in iudicium pro omni errante, ſiue bonum ſiue malum. Dominus dicit quoque in *Ibid.12* *Matth.7.*
Euangelio:Petite,& dabitur vobis,quærite, & *Luc.11*
inuenietis,pulſate,& aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur.Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt dabit bona petentibus ſe? Omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor, fructus malos facit. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur & in ignem mittetur. Omnis *Matth.7*

ſti,carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs,& cõ cupiſcentijs.Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus.Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes,inuicẽ inuidentes. Quod ſi inuicem mordetis & comeditis,videte ne ab inuicẽ conſumamini.Ergo dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes,maximè autem ad domeſticos fidei. *Ibidem. 6.* Et ad diſcipulũ,Præcipe(inquit)hęc,& doce:Nemo adoleſcentiam tuam contemnat,ſed exemplum eſto fidelium, *1. Timo.4.* in verbo,in conuerſatione, in charitate,in fide, in caſtitate. Hæc meditare, in his eſto vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem,iuuenes vt fratres,anus vt matres, *Ibidem.5.* iuuenculas vt ſorores,cum omni caſtitate. Viduas honora,quæ verè viduæ ſunt. Quæ deſolata ſperat in Dominũ, & inſtat obſecrationibus,& orationibus nocte ac die. Nã quæ in delitijs eſt viuens,mortua eſt. Et hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint. Tu autem loquere quæ decet ſanam doctrinam, ſenes ſobrij ſint, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia, *Tit.2.* Anus ſimiliter in habitu ſancto,non criminatrices,non vino multũ ſeruientes, bene docentes, prudentiam doceant. Adoleſcentulas vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, prudentes, caſtas,ſobrias,domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum Dei.Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint,ſeruos Dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus

placentes non contradicentes, non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes. Sobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

FINIS.

Omnia ſed cuſtos defendat ouilia iam nunc
Maxima, præcipuum qui geſtas numine nomen.
Addere præſidium Mater dignare precatu,
Nam tu perpetuum prompſiſti lumine lumen.
Titan quem clamant ſacro ſpiramine vates,
Cuius per mundum iubar alto ſplendet ab axe.

INDEX RERVM ET MATERIARVM QVAE IN Fragmento Carolino tractantur.

A.

Aco͏liti officium. 67
Aetatis ſextæ mundi principium. 132
Agnus paſchalis ex butyro in Germania. 36
Alba epiſcopi. 74
Alleluya in ſabbatho Paſchæ origo. 47. 88
depoſitio. 146
Altarium denudatio. 178
Ambroſij locus de Miſſa. 21
Amen quid ſignificat. 87
Angeli quomodo tremunt & laudent Dominum 95
Anniuerſariorum origo. 61, 64
Antiphona miſſæ. 83
Antiſtes vnde 69
Apoſtolorum Canones de ſacrificio Miſſæ. 15
Aquæ benedictæ vetuſtas. 60
Aſtrologica prædictio olim prohibita Chriſtianis. 140
Athanaſij locus de Miſſa. 20
Auaritia 153
Auguſtini de Miſſa authoritas. 22
Auguſtus Cæſar fuit Chriſti figura. 133
Auſpicia Romana in Ianuario. 139
Authoritas Concilij Laodicenſis de miſſa. 24

B

Baptizatio Chriſti. 141, 143
Baptizatio in feſto Pentecoſtes. 53
Baptiſationis origo. 39. *Ceremoniæ* 43. *Figuratio.* 38

Bapti-

C

Calendarum Ianuarij origo 138. 139
Campanarum origo 46. 77
Candelabrorum mutatio 79
Cardinales Rom. urbis ad titulos parochiarum 169
Cathecumeni veſtibus albatis 49
Canonici quales eſſe debeant 67
Cenſuræ eccleſiaſticæ 160
Cerei cathecumenorum 37
Cerei paſchalis myſteria 36
Cereorum accenſio 46. *Ceremoniæ.* 37
Cur ante Euangelium feruntur. 80. 84
translatio. 87
Ceremoniarum in ſacro paſchatis die vetuſtas 48
Ceremoniæ ante oblationem 91. *In feſto Circuncifionis* 136
Chriſmatis vetuſtas 40. *Ceremoniæ* 174
Chryſoſtomi locus de ſacrificio Miſſæ 23
Chriſtus verus mediator 109. *Cur nocte natus* 134. *Cur circuncidi voluerit* 136
Circuncifionis cauſa & origo. 136
Cleri origo & etymon 66
Cœnæ dominicæ ceremoniæ 175. *ſolennitas* 177
Collectæ 86
Communicatio in die Paraſceues 184
Communicatio ſacerdotum ſub vna ſpecie feria quinta ſeptimanæ ſanctæ. 177
Communicatio poſt baptiſmum 43
Conceptionis Chriſti dies & hora 133
Confeſſio qualis debeat eſſe circa moriturum
Confeſſionis vetus veteres 158
Confeſſor qualis eſſe debeat 157

Confirmationis vetuſt.as 43.
Confirmatio mox à baptiſmo 44
Confitens quomodo ſeſe gerere debeat 161
Corporale quale 92
Corpus Chriſti quare die Paraſceues non conficitur 177
Crapula 154
Crucis ſigno cur ſe homines ante & poſt Euangelium mu niunt 90
Crucis ſimulachrum in templis poſitum die Paraſce- ues 182.
Crucis adoratio die Paraſceues 183
Cyrinus præſes 133
Cypriani locus de Miſſa 20

D

Dalmaticæ veſtis deſcriptio 74.75
Deus ignoſcit errantibus,non perſeuerantibus 160
Diaconi officium 68.78. *veſtis* 83
Diaconi quare presbytero in miſſa miniſtrare debent 83
Diaconorum erat olim baptizare 44
Dies nouiſſimus quis ſit 137.
Dominicæ diei feſtiuitas 82

E

Ebrietas 156
Eccleſia quare ab vno epiſcopo tota regi debeat 72
Eleemoſynæ pro defunctis 63
Epiphaniæ in feſto nemo debet baptiſari 143
Epiphanij locus de ſacrificio Miſſæ 19
Epiſcopi officium 68. *eligendi mos* 70. *conſe cratio* 72. *à quot epiſcopis debeat conſecrari* 73
Epiſtolæ lectio in Miſſa 87
Euangelii libri portatio 80.84.88
Euangelium ad dextram quare canitur. 79. *Dum canitur*

canitur cur omnes ſlent. 80, *ad quam plagam cantetur* 88
Euchariſtiæ circa mortem vetuſtas 59
Eulogia quæ fuerint in primitiua eccleſia 49
Exequiarum vetuſtas 60. *origo* 62. 64. 65.
Exorciſtæ officium. 67

F.

Feſtiuitas trium regum 140
Feſtum ramorum Palmarum 166

G.

Genuum flexiones die Paraſceues 182
Gloria patri origo 83
Gloria manis 151

H

Hiſtoriæ ſacræ de contemptoribus ſacrorum 13
Hiſtoriæ fabuloſæ de contemptoribus ſacrorum 12
Hiſtoriæ Græcæ de violatoribus ſacrorum 13
Hiſtoriæ Romanæ de contemptoribus ſacrorum 13
Hiſtoriæ noſtri temporis de contemptoribus ſacrorum 13
Homicidium. 156
Hieronymi locus de ſacrificio Miſſæ. 22

I.

Iani forma 138
Ieiunij publici origo in feſto Circunciſionis. 139
Ieiunium cleri à Quinquageſima 147
Ieiunium antiquum fuit olim ſeptem hebdomadarum 147
Ieiuniorum dies 148
Ieiunium ad pœnitentiam pertinet. 158

Ignis olim vbique extinguebatur die Paraſceues.
Infantes quare baptiſandi 52
Inuidia 152
Iræ peccatum. 152
Irenæi authoritas de Miſſa. 18

K

Kyrieeleiſon quare in Miſſa Græcè canitur. 84

L

Laminæ temporales ſummi pontificis. 76
Laudes in offertorio à clero cantatæ 91
Lectionum origo in feſtis Paſchalibus. 38. *Pentecoſtes* 55.
Lectoris officium 67
Lotio capitum in ſabbatho Paſchæ 167
Lotio altarium feria quinta ſeptimanæ ſanctæ 173
Lotionis pedum ceremoniæ 174. 178
Lumina & extinctio illorum in tribus diebus ſeptimanæ ſanctæ 171
Luſtratio gentilium conuerſa in ceremonias ſacras Purificationis D. Virginis. 145
Luxuriæ formulæ 154

M

Magorum origo 140 *figura* 141
Mappula 75
Militia angelorum qualis 98
Miraculum de Chriſto à Cæſare Auguſto viſum 133
Miſſa cur non celebratur in ſabbatho Paſchæ 47
Miſſæ tres olim in feſtiuitate Ioannis Baptiſtæ 57. *In nocte Natalis Domini* 135
Miſſæ exequiarum quales 64
Miſſæ officium 77. *Etymon* 81. *fundamentum* 82
Miſſa vetus qualis 77. 81

Miſſ-

Miſſa cur nulla fit in die Paraſceues 169.172.181.184.
Moriturorum inſtructio 60

N

Natalis feſtum quare mutabile 134
Natiuitatis Chriſti dies 134
Neophytorum ceremoniæ poſt Paſcha 49
Numeri Eccleſiæ & ſcripturæ. 148

O

Oblatio quare in tres partes frangitur 80
Octauæ Paſchalis ſolennitas 36
Octauæ feſtiuitatum quare colantur 138
Offerentium nomina antiquitus recenſebantur 103
Offertorium 81.90
Officia pro defunctis eccleſiæ 61
Oleum ſanctum 175
Orationes quare ad orientem fiunt 79
Orationes pro defunctis in Canone 102
Orthodoxus & catholicus quomodo differunt 103
Oſculationis in altari origo 78
Oſculorum in ſacrificio origo 80
Oſtiarij officium. 67

P

Pallium archiepiſcoporum 76
Palmarum feſti ceremoniæ 167
Papæ quare mentio in Canone 102
Paraſceues ſolennitas 179
Parricida 156
Paſſionis lectio in ſancta ſeptimana 170
Paſſionis dominicæ cauſæ 179
Patrini & matrini 52
Pauli apoſtoli locus de ſacrificio Miſſæ 17
Pax vobis epiſcoporum 86

Peccatis

Peccatis bellum indicendum 161
Pentecoſtes ceremoniæ 53.56
Periurium 156
Pœnitentia cum miſericordia iniungenda 159
ad Pœnitentiam dies neceſſarij 150
Pœnitentia media quomodo conſtituenda 162
Pœnitentia ſeruorum. 163
Præſagia Romæ de Chriſto 133
Presbyteri officium 68
Purificationis Diuæ virginis ceremoniæ, feſtiuitas, letaniæ 144

Q

Quadrageſimalis ieiunij origo 142
Quatuor temporum ieiuniorum origo 54
Quatuor coronatorum feſtiuitas 57
Quinquageſimæ initia 32

R

Racha quid 157
Reſponſorij origo 88

S

Sacerdotum ordinatio 54.55
Sacri fontis in ſabbatho Paſchæ benedictio 42
Sacrorum in ſabbatho paſchali ritus 47
Sacra in Pantheo Romæ 57
Sacrilegium 156
Saluator quomodo Chriſtus, id eſt, vnctus dicatur 94
Sandaliæ epiſcoporum 73.77
Saturnalia & Lupercalia 138
Sanctorum quare mentio in Canone 104
Scholæ publicæ in monaſterijs 27
Seraphin 96
Septuageſimæ origo 146
Sepulturæ Chriſti ſolemnia 170
Sequentia quare dicatur 89
Stationes ac letaniæ Romanæ 164
Statua Chriſti equitantis in feſto Palmarum 167

Stellæ

Stellæ Magorum prædictio 140
Stola epiſcopi 74
Strenæ in Ianuario 139
Subdiaconorum officium 67
Superbiæ peccatum 151
Superhumerale Epiſcopi 73
Sudarium ſacerdotis 76
Suſceptorum in baptiſmo vetuſtas 41

T

Tabulis & ſonitu illorum cur populus conuocetur ad Eccleſiam in ſeptimana ſancta 172
Tentatio Chriſti in deſerto 142
Tertulliani authoritas de ſacrificio Miſſæ 19
Thuribulum in Miſſa 78
Timiamatum origo in Eccleſia 47
Tonſuram cur in capite gerant ſacerdotes & epiſcopi 73
Tormenta temporalia 160
Trinitatis nomina 97
Triſtitia 153

V

Veſtimenta ſacerdotum extra ſacra 76
Vigiliarum origo pro mortuis 64
Virtutes cœlorum quæ 96
Vexilla eccleſiæ in feſto Palmarum 168
Vita clerici qualis eſſe debeat 66
Vnctio chriſmatis vſque ad Pentecoſten 52
Vnctionis origo 58
Voracitas 154

Z

Zona Epiſcopi 74

Hæc Fragmenta D. Caroli Magni Imperatoris, & Rabani omnino pia ſunt, & quæ ſine periculo legi poſſunt; ideo cenſeo digna eſſe quæ prælo committantur.

Ita eſt Philippus de Almaraz Canonicus Antuerpien. 26. Iunij. 1560.